



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Poesis Sacra Sive Vitae, Mortis, Et Resurrectionis  
Salvatoris Nostri Jesu Christi Historia**


**Hermanni, Joachim Heinrich von**


**Hildesii, 1743**

**VD18 10904743**

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68828)






X

~~V 34.~~

~~VI 39.~~

Th. 5806.



# POESIS SACRA

SIVE

VITÆ, MORTIS, ET RESURRE-  
CTIONIS SALVATORIS NOSTRI

## JESU CHRISTI

HISTORIA

VERSIBUS HEROICIS ADUMBRATA

PRO USU

DEVOTARUM MEDITATIONUM

IN QUINQUE PARTES, SEU DECADES

DISTRIBUTA

OMNIBUS, QUI POESI SIMUL, AC ASCESI  
DELECTANTUR, EX SINCERO ANIMI  
AFFECTU OBLATA

AUTHORE

PER ILLUSTRUM AC CONSULTISSIMUM DOMINUM

### JOACH. HENR. DE HERMANNI,

CAMERÆ AULICÆ ELECTORALIS COLONIENSIS IN EPISCOPATU  
HILDESIENSI DIRECTORE &c.

OPUS POSTHUMUM.

*Colley. S. 1.*



*Paderb.*


---

CUM PERMISSU SUPERIORUM.

---

HILDESII, A. 1743.

TYPIS CHRISTOPH. JOAN. HIERON. HARTZ.



REVERENDISSIMO ILLUSTRISSI-  
MO ET EXCELLENTISSIMO

COMITI AC DOMINO,  
DOMINO

FERDINANDO  
LEOPOLDO  
ANTONIO

EX

CELSISSIMA, ILLUSTRISSIMA,  
VETUSTISSIMAQUE DOMO

S. ROM. IMP. PRINCIPUM,

COMITUM, ATQUE CAMERARIORUM  
HÆREDITARIORUM

DE HOHENZOLLERN

SIGMARINGEN ET VERINGEN,  
DOMINO IN HAIGERLOCH, VOERSTEIN, &c.

SUMMARUM ECCLESiarUM METROPOLITANÆ COLO-  
NIENSIS ET CATHEDRALIS ARGENTINENSIS

RESPECTIVE

MAGNO DECANO ET CANONICO  
CAPITULARI,

SACRÆ CÆSAREÆ  
MAJESTATIS

&c. &c.

CONSILIARIO INTIMO ACTUALI,

NEC NON

SERENISSIMI

ELECTORIS COLONIENSIS &c.

SUPREMO

ARCHI-DIOECESEOS ET AULÆ

MAGISTRO,

AC

PRIMO POLITICI STATUS MINISTRO,

EXTRAORDINARIÆ CONFERENTIÆ ET

REGIMINIS CONSILIARIO INTIMO,

CANONICO A LATERE,

ET

ORDINIS S. MICHAELIS ARCHANGELI

MAGNO COMMENDATORI &c.

MECOENATI

AC

DOMINO MEO PERQUAM GRATIOSO.

\*)\*(\*)

REVERENDISSIME  
ET ILLUSTRISSIME  
S. R. I. COMES!



ANTE ILLUSTRISSIMÆ  
EXCELLENTIÆ TUÆ  
conspectum præsens com-  
paret exile opusculum, quod cum  
parens meus à se, dum viveret, elab-  
oratum, præfestino mortis inter-  
ventu, quominus idipsum typis chal-  
cographicis excudi curaret, præpedi-  
tus,

\* 2

tus,

DEDICATIO.

tus post se reliquerit, pia authoris intentio ac operis hujus scopus in præfixa eidem *Parænesi ad Lectorem* luculenter declaratus, atque evidentius relucens, ad memoratum hoc opusculum prelo typographico publicam in lucem emittendum mihi stimulos addiderunt. Quandoquidem verò illud nihilominus tale est, ut ratione exiguæ, quam continet, eruditionis præalto meccœnate omnimodis indigeat, sub cujus protectionis umbra ac patrociniò & eò majus ipsi accrescat decus, & contra aspideos Zoilorum morsus velut hyperaspiste communiatur, hinc TUÆ EXCELLENTIÆ, Præcelso utpote loco nato S. R. I. Comiti, **AUGUSTISSIMI ROMANORUM IMPERATORIS** &c. &c. Consiliario Intimo actuali, nec non **SERENISSIMI ELECTORIS COLONIENSIS**

DEDICATIO.

SIS &c. de subjectis Eidem Archi-  
& Dioecesis bene meritissimo  
PRIMARIO MINISTRO, idipsum  
ausus fui adscribere, ac dedicare: ut  
sicut doctrinae simplicitas in hoc opu-  
sculo materiae, quam tractat, supple-  
tur dignitate, ita deficiens styli ornatus  
summorum Natalium Tuorum,  
Præcellentissimæque Tuæ Dignitatis  
splendore compensetur: CELSISSIMA  
quippe ILLUSTRISSIMA VETUSTIS-  
SIMAQUE DOMUS TUA non modò  
quàm plurimos progerminavit S. R. I.  
Principes, & Comites, Viros togâ &  
sago inclytos, & Heroas insignes; sed  
& Reges præpotentes ac S. R. I. Ele-  
ctores ad eandem suam referunt origi-  
nem. Verùm clarissima CELSISSIMÆ  
huius atque ILLUSTRISSIMÆ DO-  
MUS TUÆ avita decora, & gloriosa  
Majorum facta feliciori ingenio linguæ-  
que eloquentiori deprædicanda relin-  
quo, ne ego rudiori ea penicillo aduin-  
brans

DEDICATIO.

brans potiùs offuscem, atque obnubillem. Neque pagellæ hujus angustia aut operis brevitatis ea caperet; neque tenuis cymba mea in vastissimum tot tantarúmque laudum excurrere audet oceanum; quapropter vela contraho & in portum navem subduco.

TU interim REVERENDISSIME ILLUSTRISSIMEQUE COMES, tantorum Familiæ Tuæ Decorum & Insignium haud degener Hæres omnium tot egregiorum Proavorum virtutes, excelsasque animi dotes in gradu excellenti admirandâ harmoniâ in TE coadunâsti, nec minùs splendoris ac ornamenti CELSISSIMÆ ILLUSTRISSIMÆQUE TUÆ FAMILIÆ reddis, quàm ab ea hæreditâsti. Quæ proinde tam eximiæ qualitates & prærogativæ TE inter plures alios rarissimæ capacitatis Electoralis Aulæ Ministros tanto gradui aptum reddidêre.

Quapropter, REVERENDISSIME  
AC

DEDICATIO.

AC ILLUSTRISIME COMES! TE  
submissè ac devinctissimè hanc exoro  
veniam, hujus videlicet operis fronti  
gloriosum Tuum inscribendi Nomen, ut  
præcellentissimæ, quam geris, dignitatis,  
authoritatisque, ac tam CELSISSIMÆ  
quàm ILLUSTRISIMÆ TUÆ Pro-  
fapiæ Titulus in Operis frontispicio re-  
splendens, suos in illud refringat radios,  
eidemque lucem atque ornamentum  
conciliet, lividos quoque malevolorum  
oculos perstringat atque repercutiat,  
ut potenti TUO Patrocinio tutus hic  
liber in Orbem exeat. Denique Divi-  
num Numen, Regemque sæculorum  
immortalem, ut TE, REVEREN-  
DISSIME AC ILLUSTRISIME CO-  
MES, ad SERENISSIMI ELE-  
CTORIS &c. & Commune Rei-  
publ. bonum & ad patriarum nostra-  
rum florem, præsidium ac emolumen-  
tum quàm diutissimè usque ad Dando-  
nis

DEDICATIO.

---

nis annos incolumem nobis servare dignetur, enixè precor, conceptisque votis efflagito

ILLUSTRISSIMÆ EXCEL-  
LENTIÆ TUÆ &c.

*Servus humillimus & obedien-  
tissimus*

G. I. de Hermanni,  
Camerae Aulicæ Hildesienfis Consiliarius

Oblatio.

DEO IMMORTALI

OMNIUM VISIBILIIUM ET INVISIBILIUM

UNICO

CREATORI, ET CONSERVATORI,

PATRI IMMENSO,

COELORUM ET TOTIUS UNIVERSITATIS

OMNIPOTENTI DOMINO,

OFFERTUR

FILIUS JESUS CHRISTUS

EIDEM CONSUBSTANTIALIS,

ÆTERNA ÆTERNI PATRIS IMAGO,

EX

IMMACULATA VIRGINE MARIA

SECUNDUM CARNEM,

UT HUMANUM GENUS PECCATI SERVITUTE

LIBERARET,

SALVATOR

NATUS IN TEMPORE,

REX

ANGELORUM ET HOMINUM,

TRIUMPHATOR

MORTIS ET INFERNI,

AC

HOLOCAUSTUM PROPITIATIONIS,

QUOD COOPERANTE

SPIRITU SANCTO

A

SACRO-SANCTA CHRISTI ECCLESIA

USQUE AD CONSUMMATIONEM SÆCULI,

IN MEMORIAM DOMINICÆ PASSIONIS

PRO PECCATIS HOMINUM INDIES IMMOLATUR.

RESPICE

**PATER ÆTERNE!**

NON IN NOS MISEROS PECCATORES,  
SED IN FACIEM

**CHRISTI SALVATORIS**

NOSTRI:

HIC NOBIS FINIENDÆ CALAMITATIS SPEM DEDIT  
NASCENDO:

HIC VIAM, VERITATEM, ET VITAM NOBIS OSTENDIT  
DOCENDO:

HIC PECCATA NOSTRA DELEVIT  
MORIENDO:

HIC PROSTRATA MORTE, ET INFERNO,  
NOBIS COELUM APERUIT  
RESURGENDO:

HIC TOTUM GENUS HUMANUM IN LIBERTATEM  
VITÆ ÆTERNÆ RESTITUIT  
COELOS ASCENDENDO:

HIC ECCLESIAM SUAM ADVERSUS PORTAS  
INFERNALES SOLIDAVIT

**SANCTUM SPIRITUM**

NOS OMNIA DOCENTEM

MITTENDO.

**PATER ÆTERNE,**

DOMINE OMNIPOTENS,

QUI IN FILIO TUO TIBI COMPLACUISTI,  
SUSCIPE

HANC NOBILEM OBLATIONEM,

HOC SACRIFICIUM INCOMPARABILE,

HANC PACIFICATIONIS, ET LAUDIS  
HOSTIAM.

HUNC MEDIATOREM NOSTRUM

**TIBI**

DEVOTO CORDE OFFERENTIBUS

ESTO

MISERICORS, ET PROPITIUS

IN

**VITAM ÆTERNAM.**

AMEN.

PARÆNESIS AUTHORIS AD  
PIUM LECTOREM.

CHRISTIANE LECTOR!



Non illis duntaxat, qui in religiosis asceteriis constituti vitam profitentur contemplativam & asceticam; sed & universis, quicumque Christiani nominis professione censentur, ac sanctæ Crucis signaculo ab infidelium communione secernuntur, consultum fore arbitror & conducibile, quin & necessarium, de Salvatoris ac Domini nostri Jesu Christi vita, morte, & resurrectione assiduò meditari. Præclarum salutaris hujus exercitii usum nobis commendant SS. Patres & Ascetæ universi. Omnis quippe Christi actio, nostra fuit institutio.

Non est impræsentiarum mihi propositum, eximios virtutum actus, quibus Salvatoris nostri

nostri in carne humanâ conversantis vita mirificè abundavit, prolixiori narratione ob oculos statuere (cùm hoc absque eo meum, utpote viri sæcularis, temporalibus curis nimium distracti, talentum & conditionem supergrediatur) neque seriatim describere tempestates, quibus Salvator noster in hoc mari turbulento humanæ peregrinationis jactatus fuit (hoc enim requireret non modò totum hominem, sed Angelum; imò ipsum, de cujus vitâ, morte, & resurrectione breviter locuturi sumus, Salvatorem Jesum) sed brevi ac succinctâ methodo hæc Ssancta ejus mysteria strictim delibando, metricè decantando proponere. Christus in lucem brevè proditurus, Augusti Cæsaris jussu, tempore brumali perquam incommodo in Bethlehem ad tribuum conscriptionem deportatur; sed ob parentum inopiam à diversorio in stabulum amandatur: bruta inter animalia, cum Matre Virgine tenellâ, miseriam suam filioli que sui finè dubio (utì piè meditor) amarissimè deplorante, Hyemis inclementiam & frigoris aspe-

asperitatem sustinuit. Modico ab hoc intervallo à tribus Magis Orientalibus nonnihil relevatus inopiâ, inter fumantia aliquot millium parvulorum latrocinia vix salvatus in exilio, duram in Ægypto cum parentibus suis desolationem sustinuit. Post archi-latronis obitum in terram Israël quidem regressus, in eâ tantillum terrenæ hæreditatis, ubi reclinaret caput suum, non invenit. Ad prædicationis munia accinctus, à Diabolo callidè tentatur, à cognata sibi gente, cui doctrinam salutis inspirare tam sollicitè laborabat, pessimè habetur. A Synagoga infimulatur gravissimorum criminum, imò artium diabolicarum; templo ejicitur, & non multum abfuit, quin lapidibus obrueretur. Denique postquam per totam Judæam laboriosè circummeundo, omnibus, qui animarum & corporis periculis affligebantur, prædicationibus & prodigiis suis subvenisset, excitatâ atrocissimi livoris tempestate à Juda Discipulo innocentissimæ conversationis suæ oculari teste & miraculorum spectatore, vili pretio Judæis

traditur; ad subornatorum testium falsa testimonia, blasphemiaeque & perduellionis in-  
simulationem, mortis reus judicatur: à Te-  
trarcha Herode illuditur, à Pilato crudelissi-  
mè flagellatur, & inter latrones cruci affi-  
gitur. Profectò materia altissimæ contempla-  
tionis, cui recolendæ, rebus sæpenumerò  
turbidè euntibus, pro modulo meo dedi ope-  
ram: cùm, ut Salvatori meo in acerbissimis  
ejus olim exantlatis adversitatibus meditando  
compaterer; tum ut, pro reparata humani  
generis salute eidem gratias agendo, me con-  
fidentiùs consolarer. Certè neminem, quo-  
tuscunque seu sublimioris seu infimæ fortis  
sit, reperiri arbitror, qui in hac amarissimæ  
passionis historiâ suæ non inveniat crucis  
ideam; & tunc demum felicissimo eventu, si  
in ea Divinæ se voluntati, ad Salvatoris nostri  
exemplar, generosâ resignatione conforma-  
verit. Etenim si indigentia coarctamur; quis  
mortalium majori rerum penuriâ, quàm Sal-  
vator noster toto peregrinationis suæ inter-  
vallo, pressus est? si exponimur hominum  
odiis,

odiis ; quis expertus est acerbiores persecu-  
tionum turbines ? si maledicentium linguis  
exagitamur ; quis majoribus fuit calumniis  
aggravatus ? si affligimur animi corporisque  
doloribus ; quis in hoc malorum genere abun-  
dantiori mensurâ visitatus est ? si denique  
agonizantes cum morte luctamur ; quis cru-  
deliori martyrio, quàm innocentissimus Sal-  
vator noster, interfectus est ? hinc omnibus  
hisce tribulationibus ac doloribus ob oculos  
vivaciter propositis apud Lucam *Cap. 12.* justè  
conqueritur, dicens : *Baptismo habeo baptizari,*  
*& quomodo coarctor, usque dum perficiatur.* Verè  
amantissimus JESUS habebat baptismo amarif-  
simæ passionis dolorosè baptizari ; & in hoc  
deplorabili agone tot præludiis dolorum, qui-  
bus enarrandis omnium Doctorem calami ne-  
quaquam sufficiunt, coarctabatur, fidelibus  
suis exemplum relinquens, ut in adversita-  
tibus suis non despondeant animum ; sed, us-  
que dum peregrinationis suæ cursum perfe-  
cerint, adversus omnes Mundi, carnis, &  
Diaboli adversitates perseveranter cum eodem  
decer-

decertent. Carissime in Christo frater, ex allegatis facile advertisti, quæ mea sit tui in palæstra patientiæ commilitonis intentio; cui explicandæ ulterius adjungo, quòd ad hanc meditationem animum meum, qui prò dolor! in Divinarum rerum recogitatione ex humanâ fragilitate sæpius fastidium patitur, juvenilibus studiis excitaverim; & nè tam salutaris tragædiæ momenta celerius, quàm animæ conducit, transcurrerem, verborum mensurâ & ligamine cursum distractionis sufflaminaverim; & quòd præterea pro tollendo, si quod inter legendum obreperet, fastidio, veterum & recentiorum Poëtarum comparationes, modos proponendi, & flores poëticos, quantum historiæ gravitas patitur, insperferim. Ex quâ tandem concinnatione hoc qualecunque tragicum, affectu quoque, ut arbitror, congruo refertum poëma prodit, quod in honorem Christi, ejusque vitæ, mortis, & resurrectionis sincero charitatis affectu tibi communico; non quasi hic exiguus devotionis labor sub conspectum clarissimo

PRÆFATIO.

---

riffimorum ingeniorum, quibus in hoc erudito sæculo Mundus notoriè abundat, educi mereatur, sed ut, quantas Salvator Jesus pro nostra omnium redemptione sustinuerit adversitates, placidiori methodo sæpius in memoriam reducatur: eâ spe fretus, fore, ut pro solidæ in Christum Salvatorem, olim in terris tam malè & crudeliter habitum, dilectionis affectu hunc conatum meum æqui bonique facias, eique sepositis favorum mutationibus benignè faveas; qui tibi omnibusque Crucis subsignans, meisque in Christo commilitonibus, usque ad extremum vitæ anhelitum serviendo, & postquam eum Domino vocante efflavero, sæcularibus ærumnis ereptus, in regione, ut spero, vivorum indefinenter pro te orando, perseverare desidero tuus in Christo Jesu Domino & Salvatore nostro conservus humillimus

J. H. DE HERMANNI.

## APPROBATIO I.

Rmi D. Güntheri Abbatis Erffurtensis.

Cum Liber, cui titulus, *Poesis sacra*, de vita, morte & resurrectione Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, à Perillustri Clarissimo ac Consultissimo Domino, Domino J. H. de Hermanni, Camerae Aulicæ Elector. Coloniensis in Episcopatu Hildesienfi quondam Directore &c. non minùs doctè quàm devotè & affectuosè, dum viveret, elaboratus, non solum ab omni hæreticæ pravitate labe, & morum inhonestate remotissimus existat, verùm etiam per piissimos in omni fermè Inductione insertos abundantissimè affectus ad conversionem morum, compunctionem cordis, devotionem & charitatem quàm plurimum exstimulet; hinc dignissimus reputatur, qui ad multorum spiritualem ædificationem & utilitatem typis mandetur. Ità censet ex Regal. Abbat. S. Petri Erffurti die 29. Sept. 1740

GÜNTHERUS ABBAS

Regal. Monast. ad S. Petrum Ord. D. Ben. Preposituræ Zellenfis ad Werrham & in Franckenroda Dominus, SS. Theolog. Doct. Sacræ ejusdem Fac. in Univ. Erford. Assessor Prim. & p. t. Decanus.

## APPROBATIO II.

*Sacram Poesin*, quâ vitam, mortem, & resurrectionem Domini Jesu Christi Salvatoris nostri Perillustri ac Consultissimo Domino J. H. de Hermanni, Camerae Aulicæ Elector. Coloniensis in Episcopatu Hildesienfi Director p. m., inoffensis Romano-Catholicæ fidei principiis, nitidissimè illustravit, typis dignissimam & utilissimam esse censeo. Dabam Erffurti die 30. Octob. 1740.

JO. DANIEL RICHARDUS SPOENLA,

AA. LL. & Philosoph. Magister, SS. Theolog. Doct. Sacræ Facultatis Assessor, Prof. publ. ord. Archi-Episcop. judicii Eccles. Assessor, Eccles. Colleg. ad S. Severum Canon. Capit. & Scholasticus ac p. t. Univ. Erfordienfis Rector.

APPRO-

### APPROBATIO III.

Opus posthumum in quinque partes divisum, & *Poesis sacra* intitulatum, à Perillustri ac Consultissimo Domino J. H. de Hermanni, Camerae Aulicæ Elector. Coloniensis in Episcopatu Hildesienfi (cùm viveret) Directore, pereleganti & fluido metro Heroico, styloque claro, devoto, jucundo, ac piè curioso conscriptum, attentè legi, & accuratè revidi; & quia cum speciali gustu adverti, benefactum opus ob excellentissimam, quam tractat, materiam, & pulchram ejus deductionem, *de vita, morte, & resurrectione Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi*, pro usu devotarum meditationum nemini non in veritate placiturum, imò jam Cœleste gaudium, mox spirituale solatium, jam pium ad omnes ferè virtutes ordinis supernaturalis affectum, mox filialem amorem, vel compassionem dolorem *Jesu Salvatoris nostri*, cordibus legentium accommodè instillaturum, insuper cùm in toto hoc opere metrico nihil reperiat, quod orthodoxæ Religionis principiis, S. Matris Ecclesiæ sanctionibus, SS. Patrum doctrinæ morumque regulis adverfetur; proinde non possum non ore & calamo contestari, opus illud posthumum, quinquepartitum, esse per prelum publicam luce dignissimum, omnibus sacro, jucundo vel piè curioso poemate oblectantibus utilissimum, ipsi verò Perillustri ac Consultissimo Authori p. m. maximopere gloriosum; & hoc est votum meum, hic sensus meus, hoc suffragium meum, quod libenter appono die 20, 7bris Anni 1740.

JOSEPHUS STIEFKEN,

Regal. Abbat. Ord. S. Bened. Effurti in monte  
S. Petri professor & Capitul. Sen. SS. Theol.  
log. Doct. Assess. Prof. publ. ord Sac. Facult.  
& Univerf. Subfen. nec non Proto-Notar.  
Apostol.

1740

APPRO-

## APPROBATIO IV.

Cùm præsens *sacra Poëseos* elucubratio Servatoris nostri Jesu Christi vitam, doctrinam, passionem, mortem ac resurrectionem egregiâ, planèque admirabili elegantia exprimat, sive amœnam calami felicitatem, sive pia animæ Christianæ desideria, gemitus, & suspiria spectes; hinc eam dignissimam judico, ut ad perennem Perillustris Autoris sui memoriam; atque ad Camerae Aulicæ Elector. Colon. Hildesienfis, cui per complures annos maxima cum laude, ac gloria nominis sui quâ Director præfuit, immortale decus; omnium verò legentium ingentem utilitatem, ac pietatis inde hauriendæ eximium fructum, publicam lucem aspiciat. Hildesii 1743. die 12. Januar.

ANTONIUS RÜTING, Soc. Jes.

SStæ Theologiæ Doctor & Profess. ord.

*mpp.*

## APPROBATIO V.

Si quò minùs Caystrius aut Mæandrius ales, ut Naturæ mystæ de eo enuntiant, Plinio refragante; at Hildesinus certè Olor funeri suo proximus suavem edidit cantum, dum pia mem. Perillustris Dominus de Hermanni (Titul ut supra) in vitæ suæ termino constitutus *sacram* suam *Poësin* de tota Salvatoris nostri Jesu Christi historia carmine Heroico elucubavit; opus posthumum; cujus operis argumento nullum sub Cælo præstantius potuit inveniri: illudque patheticis miscet affectibus, gravique ac eleganti stylo exequitur; salutaremque Christi passionem, ceu medicinam amaram, à qua infirmus intellectus humanus naturaliter abhorret, metricâ suavitate\* dulcorat, mentemque piè allectat: ut meritò in D. Authorem illud quadret: *Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.* Quapropter, cum & meum exile iudicium hoc super opere requiri placitum fuerit, opus illud prelo dignissimum & pio cuivis lectori meritò commendandum censeo, Hildesii die 20. Febr. 1743.

\* *Prov.* 27. 9.

P. ANGELUS FLÖRCHEN,  
Ordin. S. Bened. ad S. Michaël.  
profess. Theolog. emerit.



# SACRÆ POESEOS

## PARS PRIMA, IN QUA POEMATE ASCETICO REPRÆSENTATUR

- |   |   |
|---|---|
| 1mò. Christi incarnandi Annuncia-<br>tio.           | 7mò. Ejus in Ægyptum abductio.                                |
| 2dò. Ejusdem nondum nati in Beth-<br>lem profectio. | 8vò. Christi & puerorum innocen-<br>tium persecutio.          |
| 3tio. Nativitas.                                    | 9nò. Hujus in terram Israël redu-<br>ctio, &                  |
| 4tò. Circumcisio.                                   | 10mò. Ejusdem Hierosolymis in<br>Templo Salomonis reinventio. |
| 5tò. Ejusdem à Regibus adoratio.                    |   |
| 6tò. In Templo Solymæo oblatio.                     |   |

### POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ INDUCTIO PRIMA.

#### S. PAULUS AD ROMANOS, CAP. I.

**E**vangelium Dei, quod antè promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo; qui factus est ei ex semine David secundum carnem; qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri.

#### S. PAULUS AD PHILIPPENSES CAP. 2.

**H**oc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu, qui cum in formâ Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

#### S. LUCAS CAP. I.

**M**issus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui  
A nomen

nomen erat Joseph de domo David, & nomen Virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus &c. &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, ut humanum genus à lapsu protoparentum per Incarnationem suam erigeret, Beatissima Virgini Maria ab Archangelo Gabriele in Nazareth Galilee mirabiliter annuntiatur; & à Precursore suo S. Joanne Baptistâ, in utero effœta matris sue Elisabeth adhuc existens, exultando adoratur.

NB. Juxta Profodiam Reform. R. P. Riccioli Soc. Jes. nec non Smetii subinde.



Christi adûm pia turba veni! me Coelicus  
urget

Inflammatque calor, tragico proponens  
versu,

Quæ meus humanâ vestitus carne Redemptor  
Egerit in Mundo: procul hinc estote profana,  
Nolo coronari lauro, fictoque repleti  
Nectare Pieridum; gentilia respuo, solus  
Æstuat accenso regnatque in pectore Jesus!  
Ordiam à primâ Mundi statione, feroque  
Luciferi bello, rapido quod turbine totum (pur  
(Prò superi! quis non paveat?) tremefecit Olym  
Aspernatus enim Christi incunabula, stulto  
Intumuit fastu, tentavit prælia, sedem  
Ad latus æterni Patris fixurus; at eheu!  
Ut lapsu rueret multò graviore, Rebellem  
Hunc, cum complicibus, decumanâ clade, sacrorum  
Spirituum Princeps Michaël pessumdedit anguem  
Magn

Magna ruina fuit; Superûm pars tertia tetri  
 Ad chaos infelix Erebi dejecta putatur.  
 Assimiles numerum brumali tempore Cœlo  
 Deciduis nivibus, quarum cita copia sylvas,  
 Campos, & totum borealem contegit orbem.  
 Hoc celebri bello supremi Numinis Aula  
 Civibus orba suis, tantam reparare ruinam  
 Exigit. Audivit Superûm pia vota benignum  
 Numen, & ex limo terræ formavit Adamum, Gen. 2  
 Utque daret soli consortia commoda vitæ,  
 Ex ejus costâ formosam condidit Evam:  
 Felix conjugium! cujus numerosa propago  
 Sola instaurandis Cœli foret apta ruinis.  
 Insuper aucturus neo-nuptis gaudia, Tempe  
 Deliciosa nimis noviter construxit, eosque  
 Præfecit dominos; unius ab arboris esu  
 Abstinuisse manus, sub mortis lege jubendo.  
 Invidet ambobus divinæ fortis honorem  
 Lucifer; hinc Evam, quia non fidebat Adamo, Gen. 3  
 Ut violet legem Domini, fallaciter orat,  
 Hæc seducta virum (credo, nè sola subesset  
 Imperio mortis) similem pellexit in ausum.  
 O infelices! uno subvertitis iectu  
 Et vos, & vestros (res deploranda!) nepotes.  
 Aspicit hæc Dominus; justam commotus ad iram  
 Ejicit ex horto miseros; Cherubimque, recisâ  
 Spe reditûs, aditum stricto jubet ense tueri.  
 Insequitur profugos peccati debita merces,  
 Cum terrore dolor, morbus, mors, tanta malorum  
 Copia, quam nullo poteris describere versu.  
 Occluso Patribus Cœlo, Limbóque receptis,  
 Vivitur atra quies. Solos Paradisus Enochum  
 Eliámque, suâ nondum de carne solutos,

Excipit hospitio, Stygii versutia monstri  
 Turbat inoffensis scelerum successibus Orbem.  
 Siste poëma gradum, tacito pede tempora transi,  
 Quæ Deus à macula primævi criminis, usque  
 Ad Salvatoris, nostri quoque Vindicis, ortum  
 Currere sustinuit. Certè ! locupletis Homeri  
 Iliadem caneres, si, quæ tot sæcula largo  
 Sunt complexa sinu, cuperes proponere. Rumpere  
 Ergò moras, cunâsque Dei nascentis adorna.  
 Magne puer propera ! propera clarissima magni  
 Lux & imago Dei ! propera victoria Cœli !  
 Vera Salus Mundi ! primæ reparatio vitæ !  
 Tempus adest, quo diva Patrum præsagia tandem  
 Convenit impleri. Video per inane deorsum  
 Aligerum Seraphim \* Gabrielem, iussa severi  
 Propitiique Dei celeri deferre volatu  
 Ad desponsatæ Josepho Virginis ædes.  
 Exulta regio Galilææ ! Nazareth, olim  
 Oppidulum finè laude, tuum mirare decorem  
 Virginis alma domus, castum quoque plaude curam  
 Angelus ingreditur, niveo speciosus amictu, (bile  
 Os humerósque Deo similis; subitoque refulget  
 Lumine tota domus; Phœbum non posse putabo  
 Ex Pelago reducem, majori lumine Mundum  
 Irradiare. Sacræ cœlestis Nuncius Aulæ  
 Protinùs electam peramicâ voce salutans  
 Dicit: Ave Virgo, Divino plena favore,  
 Cœlorum Dominus tecum versatur; es inter  
 Fœmineos benedicta choros. Stupet optima Virgo  
 Insolito suspensa metu: quid verba salutis  
 portendant, avidè timido petit ore doceri.  
 Annuat Angelicus Princeps, suadétque timorem

Ponere

\* *Corn. à Lap. Luc. 1, v. 19. & 26,*

Ponere, submisso recitans sermone Supremi  
 Decreti seriem: gravidandum nunciat almæ  
 Virginis esse finum, concepturumque Salutem  
 Humani generis. Virgo, portenta referri,  
 Conturbata putat, nullius conscia facti,  
 Quod minimo possit nãvo temerare pudorem.  
 Non opus est niveæ virtutis damna vereri,  
 Respondet Gabriel, fas est ex Virgine nasci,  
 Quem Pater æternus genuit, quem mittit ab alto,  
 Vultque Redemptorem Mundi pereuntis haberi.  
 Hinc te Spiritui Sancto commisit; & ille  
 Fœcundare potest uterum sinè crimine Matris,  
 Quam sibi præ multis elegit millibus. Ergò  
 Excipe Virgo Deum: quod enim tua viscera nobis  
 Sunt paritura, Dei dicetur Filius; ille,  
 Te quia progenuit Regum profapia Judæ,  
 Ingredietur ovans solium Davidis avitum,  
 Imperiique thronus nullo ruiturus in ævo  
 Stabit, & æternos populis concedet honores.  
 Hujus decreti, Virgo castissima, signum  
 Hoc appono Tibi: multis onerata diebus  
 Elisabeth, parili Regum Tibi sanguine juncta,  
 Hactenus improlis, Domini fœcunda favore  
 Fert uterum; sextusque fluens à tempore mensis,  
 Quo vetulo gremio concepit, publicat Orbi,  
 Quæ placuere Deo, nullo sufflamine Mundi  
 Posse retardari: Divina potentia finem (est.  
 Nescit, & hinc quidquid superi voluere, peractum  
 Audiit Angelicum Procerem tot mira locutum  
 Regia Virgo, suum tribuens ad jussa Tonantis  
 Consensum, celeri responso finit, & inquit:  
 Ecce Dei famulam; fiant, quæcunque fidei  
 Voce revelasti. Gabriel submissa puellæ

Dum verba exceptit, subito discedit; & alma  
 Virgo parabat iter, Cognatæ mira relatum,  
 Quæ sibi contigerant, montanæque transit. Ioseph  
 Quem sibi custodem vitæ castique pudoris,  
 Utpote parthenio præclarum munere, nuper  
 Legerat, excelso dignatum jure mariti,  
 Credo fuisse ducem fidum, sociumque viarum  
 Montibus emensis Zachariæ tecta subintrant:

**LUC. I.** Elisabeth propero, spectatâ Virgine, gressu  
 Fertur in occursum; cupidis complexibus ambo  
 Pectora jungunt, alternant oscula, plausu  
 Tota domus resonat, lætis anus optima verbis  
 Ingeminat, se præ millenis millibus unam,  
 Quod Domini Mater se visitet, esse beatam;  
 Subque suo puerum semestrem corde senili  
 Exultare refert. Pueri quis sanctior illo?  
 Qui Dominum gremio clausum non-natus adorat  
 Non sic Thariades gaudebat, quando decoram  
 Isaco sponsam de Nachoris urbe Rebeccam  
 Pronubus adduxit famulus; seniorque Tobias  
 Quando sibi salvum comite à Raphaële reductus  
 Gentibus ex Medis, oculorum luce receptâ  
 Conspexit natum. Zacharias plenus amore  
 Obsequioque, suis cœnam mensamque parari  
 Hospitibus satagit. Sed, dum promissa Supremi  
 De sibi donando rugosâ ex conjugate nato,  
 Verteret in dubium, privatus munere vocis,  
 Ora quidem, sed muta gerit. Supplevit animum  
 Officio conjux, quidquid grandævior annis  
 Ille bonus mutusque senex pro divite voto  
 Lætus anhelabat, tantis præstare propinquis  
 Ut tamen Elisabeth, nondum satiata relatis,  
 Nobile colloquium non interrumpere, orat,

Inv

Invitatque, focum non fastidire. Virago  
 Obsequiosa piæ vetulæ sociatur ad ignem.  
 Ordinât illa cibos, de Cœlo multa perorat  
 Altera. Felices, qui serâ verba salutis  
 Auribus excipiunt, & fido in pectore servant.  
 Confectis dapibus, properant recreare maritos,  
 Exorantque, velint inopem benedicere mensam.  
 Accumbunt; inter comedendum plurima narrant  
 De Ducis adventu promissi Patribus; augent  
 Vota Patrum votis: juvat hîc tacuisse profana.  
 Prandiolum finè labe! cui Deus ipse, Beata  
 Virgo parens, Joseph, Zacharias, optima Mater  
 Elisabeth, sanctusque Dei præcursor adesse  
 Præsentes, nostrisque modum præscribere cœnis  
 Dignantur. Dapibus sublatis, hospita Matrem  
 Virgineam complexa rogat, promittat honorem  
 Hunc præstare sibi, soboli, mutoque marito,  
 Et remanere, Deo donec placuisset, in Orbem  
 Ex utero vetulæque sinu producere partum.  
 Indulget precibus repetitis Virgo benigna,  
 Possibilémque suæ cognatæ spondet amorem  
 Officiûmque, bonam vetulam complexa: suoque,  
 Quæ circa proprios veniunt curanda penates,  
 Committit Sponso. Teritur Divina loquendo  
 Tota dies; donec, serò lucentibus astris,  
 Ad medium Cœli veheret Latonia currum.  
 Postera lux repetit sacra commercia linguæ,  
 Sicque dies sectata diem, nil auribus infert,  
 Nil patitur peragi, quam concernentia Divos.  
 Hic sua solatrix hominum pepigisse refertur  
 Cantica, quæ summis hodie dum ritibus alma  
 Per vastos Mundi tractus Ecclesia cantat:  
 Magnificat Dominum mea mens, & lætus in illo Luc. 1.

Spiritus exultat : quoniam respexit ab alto  
 Ancillam minimam. Me dicent esse beatam  
 Omnigenæ gentes : etenim mihi maxima fecit,  
 Qui solus sanctus, cuiusque potentia nullo  
 Fine coarctatur : sua iussa timentibus omni  
 Tempore prospexit, seros redimendo nepotes.  
 In sua terribiles collegit brachia vires,  
 Disperfitque sui de cordis mente superbos :  
 Deposuit tumidos celsâ de sede potentes,  
 Exaltando pios humiles. Implevit egenos  
 Esuriam passos ; saturos dimisit inanes.  
 Ecce recordatur Domini clementia fidæ  
 Electæque domûs Abrahæ ; suscepit amatum  
 Ex illâ puerum, sicut prædixerat illi  
 Et Patribus nostris, valido per sæcula verbo.  
 Interea lux illa venit, quæ sifteret Orbi  
 Signiferum Domini, nativâ labe carentem.  
 Quem Pater elinguis reparatâ voce Joannem  
 Appellare jubet : nomen quod munera Cæli  
 Significat, sanctæque refert prognostica vitæ &c.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ,  
 INDUCTIO SECUNDA.

MATTH. CAP. I.

Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam tra-  
 ducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo  
 cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, di-  
 cens : Joseph fili David, noli timere accipere Mariam con-  
 jugem tuam : quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto  
 est. Pariet autem Filium, & vocabis nomen ejus Jesum ; ipse  
 enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum, &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster JESUS Christus propter propositum  
 Josephi, ex defectu informationis super Incarnationis myste-  
 rio, à Virgine Maria discessum meditantis, negativè hye-  
 mali

*mali tempore Bethlemii hospitium, nondum natus quasi affligitur: cui historia ordo dominica generationis seriatim apponitur. &c.*

**P**ræpes Idumæas spargebat fama per urbes,  
 Quòd puer è sterili vetulâ prognatus, in ortu,  
 Cùm super ipsius formando nomine certant,  
 Decrepito Patri linguæ reparaverit usum.  
 Hæc nova qui trutinant, quis sit puer iste futurus,  
 Attoniti quærunt. Curânsque domestica Joseph,  
 Transgressus celeri cursu montana, revertit:  
 Tum quòd mirificum cuperet spectare puellum;  
 Tum quòd anhelaret, dilecto Virginis ore  
 Aspectûque frui, sociâmque reducere. Sponsa  
 Annuit optatis, Sponsum comitata: reversi  
 Nazareth in Domino, tranquillam ducere vitam  
 Concordes statuunt, manuumque labore resecti,  
 Sponsa colum repetit, repetit fabrilia sponsus;  
 Gaudet uterque, suâ contenti forte. Malignus  
 Ecce Draco, quondam superis expulsus ab oris,  
 Non saturatus eo, quòd quondam vicerit Evam,  
 Acribus invidiæ furiis agitur, & audet  
 Par neo-sponsorum, cœlesti pace beatum,  
 Unitumque Deo, tacito turbare tumultu.  
 Hinc ruit in placidum, denso velut agmine factò,  
 Cor timidi sponsi, falsisque coloribus audax,  
 Nescio, quæ formet rupti simulacra pudoris.  
 Hic dabat objectis assensum\*, Virginis altum  
 Aspiciens uterum; turbato corde gemendo,  
 Promissam cecidisse fidem. Cur ampliùs, inquit,  
 Fœdera continuo? fatis est tolerare tacendo

A 5

Deli-

\* Ità sent. SS. Chrysof. Augustin. Justin. &c. apud Cornel. & Lap. in Matt. 1. 19. Ipse contrar. tenet cum aliis PP.

Delictum sponsæ; servabo benignior omnes  
 Justitiæ leges; nè traducatur, abibo.  
 Cùm Stygius serpens in publica scandala justum  
 Flectere non posset; celerem suadendo recessum  
 Instittit, objiciens animo, si necere pergat  
 Producâtque moras, millena pericula. Virgo  
 Conscia nullius sceleris, nive purior omni,  
 Virgineo complexa sinu Patris Omnipotentis  
 Unigenam sobolem, curarum motibus angi  
 Nobile cor sponsi, tacitâ ratione docetur.  
 Angitur ipsa simul meditata, quid inde futurum,  
 Si desolatam, non natâ prole, relinquat.  
 Dic agedum peramata Parens, quæ tanta doloris  
 Causa? Deus, casto quem fers sub corde, refringet  
 Antiqui serpentis opus; dolor omnis abesto!  
 Infernum Domini decretis esse minorem,  
 Calcandûmque tuis pedibus caput aspidis, omnes  
 Novimus: hinc mea Lux! mea Spes! depone timo-  
 Prospiciet, sicut majorum tempore nostris (rem.  
 Patribus in sterili Dominus prospexit eremo,  
 Hæc quicumque legis, suspensâ mente revolve,  
 Quò ventosa lues Stygis assurrexerit: olim  
 Illa thronum juxta solium sublime Tonantis  
 Scandere tentavit, sed turpem passa repulsam,  
 Ad furvæ de sede ruens ergastula noctis;  
 Nunc effert tumidum caput eluctata, resumens  
 Tabificum virus, cupiens afflare malignam  
 In sacra virginei Sponsi præcordia pestem;  
 Sicque palam summi Genitricem Numinis Orbi  
 Ut peccatricem proponere nequiter audet,  
 Protinus in Stygias Coluber rue squallidæ umbras;  
 Ante suum Christus frustra crucifigitur ortum:  
 Nec Divina parens meriti patietur honoris

Deli-

Deliquium: munita Deo stat, Erinnyos ausis  
 Tuta, nec integræ metuit dispendia famæ.  
 Ad te mi Joseph sterilem converto pœsin:  
 Quæ te cura rapit? quis jactat turbo dolorum?  
 Quid trahis in dubium venerandæ Matris hono-  
 Innocuo quondam Mosis rubus igne reluxit, (rem?  
 Nec maduère pûi Gedeonis vellera; nunquid  
 Per vitra transgreditur tutò lux aurea Solis?  
 Dic mihi, cur nequeat, servatâ dote pudoris,  
 Virgineum complere finum Deus ipse? nefandum  
 In caput Inferni, quod talia crimina plenis  
 Faucibus eructat, pœnarum damna redibunt.  
 Tristior hîc gravibus curis noctûque diûque  
 Opprimitur Joseph; donec, qui Tartara frænâ  
 Continet, Angelico sermone pericula solvit.  
 Nox erat, & medio radiabant sidera Cœlo,  
 Cùm noster Joseph inter suspiria lassus  
 Occulit in tristem paulatim lumina somnum.  
 Ecce soporato cœlestis Nuncius adstat,  
 Majestate Deum referens, pavidûmque benignis  
 Alloquitur verbis; Joseph de stemmate David Mat. I  
 Edite, nè metuas tibi consociare Mariam  
 Conjugio; castâ quod enim concepit in alvo,  
 Non est terrigenæ stirpis, sed Spiritus almus  
 Numinis intactæ benedixit Virginis alvum  
 Ac fœcundavit: pariet, res mira, superni  
 Unigenam Patris Natum, quem ritè vocabis  
 JESUM; quippe feret Mundi delicta, suamque  
 Eximet interitu, solvet quoque crimine gentem.  
 Si fortassè roges, quæ sit connexio rerum?  
 Accipe fatidici prognostica verba Prophetæ:  
 Ecce! velut digito monstrat, quòd Virgo pudica  
 Conceptum pariet Divino nomine Natum,

Emma-

Emmanuel dictum. Si vis didicisse notatum  
 Nominis ac etymon, paucis, adverte, docebo,  
*Nobiscum Deus est*, totum complectitur hujus  
 Nominis arcanum; quoniam sub imagine carnis  
 Humanæ præsens aderit, lapsūque nefandā  
 Labe repurgabit, Superis gaudentibus, Orbem  
 His itā propositis, disparuit Angelus. Esse  
 Hunc puto, qui primus pandit mysteria Christi  
 Adventūs, castæque tulit sacra nuncia Matri.  
 Evigilat Joseph, visūque recogitat altā  
 Mente: cadit, posito dubio, fallacis Averni  
 Machina; gaudet, ovat, prompto conamine sanctis  
 Obsequitur jussis, quæ Cœli Nuncius illi  
 Indice tam claro patefecerat, Ergò sinistram  
 Alma Redemptoris Mater depone timorem;  
 Sub pedibus Colubri caput est; calcando triumphā  
 In sua Te ducit Joseph, Te fidus honorat;  
 Conjugium sinè labe colet, non differ adesse.  
 Mater plena Deo, casto veneratur honore  
 Jessæum Juvenem, socio sibi stemmate natum;  
 Alternant, luctu proscripto, gaudia; puram  
 Traducunt inter mundana pericula vitam,  
 Optantes paribus votis natalia Christi.  
 Hic memorare juvat, quo sanguinis ordine Jesus  
 Ex Abraham & Davide fatus descenderit. Olim  
 Inter Judæos fuit observantia, cunctis  
 Introducenda locis, ut, si quis ducere ritè  
 Uxorem veliet, cognatâ ex stirpe puellam  
 Eligeret, propriæque tribu; quapropter avorum  
 Tempore, neglecto muliebri stemmate, solos  
 Enumerare solet proavos Scriptura mariti. (cutus,  
 Hanc quoque Matthæus methodum, morèque se-  
 dummodò Josephi titulos recitaret avorum,

Et

Et genealogicam seriem, satis esse putavit.  
 His breviter monitis, nostri sacra stemmata Christi  
 Difficili quamvis Musâ numerare parabo:  
 Ex Abraham fidei conservatore creatur Mat. 1  
 Filius Isacus, genitus quo deinde Jacobus:  
 Hoc genitus Judas: ex Juda ac Thamare natus  
 Est Phares: hoc Efron; à quo generatus Aramus  
 \*Gignit Aminadab: & procreat iste Naasson.  
 Hic genuit Salmon; ex cujus sanguine, Rahab  
 Illa Booz peperit; dein Ruth Moabitis amico  
 Nupta Booz, Obed parit: hoc generatur Iesse:  
 Quo David Rex, cui Salomonem parturit illa,  
 Quæ fuit Uriæ. Salomon Sapientia Regum  
 Progenerat Roboam: Roboam generavit Abiam:  
 Hic Asam genuit: qui Josaphat; hic quoque Joram  
 Oziæ patrem; Joathan quo natus, & inde  
 Ortus Achaz creat Ezechiam; creat iste Manassen;  
 Hoc fatus est Amon; Josiam germinat iste;  
 Ex quo progenitus \*\* Joachin cum fratribus, inter  
 Aspera sceptrigeræ Babylonis vincula. Postquam  
 Denique completa est ea transmigratio, natus  
 \*\*\*Inde Salathiel; ex quo Zorobabel in auras  
 Prodit vitales: Abiud productus ab illo,  
 Protulit Eliacim; sed ab hoc producitur Azor.  
 Hic genuit Sadoc; ex cujus sanguine deinde  
 Cretus Achim, generans Eliud tulit; hic Eleazar:

Is

\* Vid. Profod. Ricciol.

\*\* Deest hic una generatio apud S. Matth. Cap. 1. juxta omnes  
 Auth. vid. Corn. à Lap. ibid. Josias enim genuit Joakim  
 seu Eliakim, & Joakim genuit Joachin seu Jechoniam, qui  
 Babylonem captivus abductus est, unde rectè: Ex quo pro-  
 genitus, non verò genitus. Vid. 4 Reg. 23. & 24. item 2.  
 Paral. ult.

\*\*\* Ricciol. Profod.

Is genuit Mathan; sed Mathan porrò Jacobum:  
 Iste Jacob fausto tandem sub fidere Joseph  
 Progenuit, meritum cum Christi Matre beato  
 Conjugio necti: felix cum turture turtur.  
 Augustus Cæsar populos in pace regebat,  
 Author amicitiae, qui totum nexuit Orbem  
 Fœderibus; peramœna quies regnabat ubique.  
 Hic Cæsar rerum Dominus, gentisque superbæ  
 Romulidûm, totum jussit describere Mundum.

LUC. 2. Quod Syriæ rector Præses Cyrenius\* ultrò  
 Assiduis promovit opus conatibus. Omnes  
 In primæva suæ properabant oppida gentis.  
 Quid facit hîc Joseph? edissere nostra Camœna:  
 Hic, licet æternum gereret sua sponsa Regentem  
 Cæsare majorem, Cœli Terræque Monarcham,  
 Fit celer obsequio, Galilææ finibus exit,  
 Inque sui Patris Jessæi Principis urbem,  
 Urbem Bethlehëmam patrio sermone vocatam,  
 Cum Genitrice Dei prægnante, revertitur. Ecce  
 In patria peregrinus erat; mirabile dictu!  
 Nemo fores aperit, gravibusque coercita vinculis  
 Ostia clauduntur. Venit in sua propria Jesus,  
 Nec, qui suscipiat, totâ reperitur in urbe.  
 Compatior pia Virgo Tibi, Tibi candide Joseph,  
 Et Tibi Christe sacro sub Matris corde gementi,  
 O Bethlêmiacos isto si tempore campos,  
 Incoluisse, mihi felicia fata dedissent!  
 Ultrò repandissem bipatientibus ostia valvis,  
 Tota domus patuisset ei, quem nulla domorum,  
 Sint spatiosa licet, capiunt penetralia, nullum  
 Ingentis Terræ spatium, neque vastus Olympus.  
 Estò! meî licet his productio sera resistat

Opta-

\* alias Cyrinus vel Quirinus.

Optatis, cupidóque mihi fors illa negetur;  
 Non tamen impedió, recolendo talia, tanquam  
 Bethlehæmæ præfens, sincero cordis amore  
 Divis hospitibus patulos offerre penates

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ.  
 INDUCTIO TERTIA.

LUCAS CAP. 2.

**F**actum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut p-  
 reret. Et peperit Filium suum primogenitum, & pannis  
 eum involvit, & reclinavit eum in præsepio: quia non erat  
 eis locus in diverforio. Et Pastores erant in regione eadem,  
 vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.  
 Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei cir-  
 cumfulsit illos &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster JESUS Christus inter applausus Cœle-  
 stis militia, Bethlemii Juda in vili stabulo, bruta inter  
 animalia, paupertate, frigore, aliisque incommodis plurimum  
 afflictus nascitur, & à pecudum Pastoribus Angelico sub concentu  
 ad cultum invitatis adoratur.

**I**nclinata dies, cum nemo recluderet ædes, (seph,  
 Sùsciperétque probum gravidâ cum Virgine Jo-  
 Hoc par selectum, devotum, Nobile, Sanctum,  
 Luc. 2. In vili pecorum stabulo remanere coëgit.  
 Discite mortales, quantis Cœlestia distent  
 A nostro captu spatii, quantisque tegantur.  
 Hæc arcana Dei tenebris. Præfagia Vatum  
 Impleturus, amat vitæ primordia JESUS  
 Luctibus ordiri. Vetuit discumbere Sanctos  
 Cum prædivitibus populi. Quid multa? revisit  
 Nos, ut salvaret magni sudore laboris.  
 Frigora natus habet, sed factus adultior æstus;  
 Denique probrosâ clausit sua tempora morte.

Con-

Consilium Domini nè perscruteris; oportet  
 Hoc admirari, tacitoque stupore vereri.  
 Nox Terram solitis involverat atra tenebris,  
 Ad medium provecta Polum, quo tempore Virgo  
 Sensit adesse diem, quæ Cœlo gaudia, pacem,  
 Mundo, sed tristi plagas infligeret Orco.  
 Salve fausta Dies, omni venerabilis ævo,  
 Tot votis optata diu, nostræque salutis  
 Bajula! rorâsti magno cum sœnore Justum  
 Desuper, ille brevè Cœlum Limbūmque recludet.  
 Exultate Patres! adsunt promissa salutis  
 Tempora! frangentur tenebrarum vincula; rupto  
 Exempti laqueo, victores ibitis uno  
 Ad Superum sedes cum Servatore triumpho!  
 Admonuit sponsum Divina Puerpera; sponsus  
 Ut solet, eximix defert solatia Matri.  
 Sed vix ex cubito relevat caput, ecce refulget  
 Lumine Cœlesti pecorum domus; intrat in auras  
 Rex hominum, Mundique Salus: ut Phœbus Eois  
 Egregio splendore nitens caput exserit undis,  
 Virginitatis honor manet illibatus; adinstar  
 Solaris radii, qui pulchrâ luce fenestras  
 Transiit: Infantem tenuem complexa Virago  
 Ad sua corda premit; neo-natum sponsus adorat.  
 Hebr. Magna catervatim stabuli penetrare subintrat  
 1. 6. Copia Spirituum, niveo candore decori,  
 Cœlitus, ut pueri celebrent natalia, missi.  
 Sed quid consilii Serpens inimice? rogabis,  
 Quæ sit Cœlitibus plaudendi causa? docebo:  
 Fraude tuâ deceptus homo, confortia mortis  
 Æternæ, quæ sola tibi portanda manebunt,  
 Deseruit. Quare? nescis? cui cedere quondam  
 Ambitione ferox renuisti, venit, avitum

Ex-

Extirpare scelus; nè Gens humana periret.  
 Ringere fave Draco! mulier decepta, per illam,  
 Quæ modò produxit Dominum, se vindicat; æquo  
 Judicis arbitrio: quia per quam, callide! Terris  
 Intuleras damnum, cervix calcatur Averni.  
 Virgo DEUM tenui coopertum findone cunis,  
 Quas præsepe refert, imponit; dura ministrant  
 Stramina pulvinar; servos animalia signant;  
 Bos, asinusque suis afflatibus aspera brumæ  
 Frigora demulcent: puto, quòd purissima Virgo  
 Averfata, gemat, stabuli fœtentis odorem.  
 Compatitur Matri Joseph, mœstosque virili  
 Corde premit gemitus. Aquilo depone rigorem,  
 Nè quatias gelido lacerata mapalia flatu.  
 Interea Divine Puer, bene veneris! omnes  
 Offerimus pia corda Tibi, largire favorem,  
 Et moderare tuos, quos vis servare, fideles.  
 O venerande Puer! quod Patrum turba futurum  
 Credidit, hoc ipsum nos credimus esse peractum,  
 In quo nostra fides se, tanquam rupe perenni,  
 Et nova cum veteri Scripturâ pagina firmat.  
 Non procul à stabulo vigilabant tempore noctis  
 Pastores ovium, quos lux speciosior astris  
 Reddidit attonitos: nam cyclade lucis amictus  
 Angelus apparens nimio terrore stupentes  
 Alloquitur, mandans proscribere corde timorem,  
 Exultare jubens, quia maxima nuncio vobis  
 Gaudia, lætus ait, populis communia cunctis:  
 Natus enim Christus Davidis in urbe Redemptor:  
 Invenietis ibi puerum, quem Mater egena  
 Vilibus involvit pannis, paleisque gementem  
 Imposuit: molles referunt præsepia cunas,  
 Bruta Palatinos, stabulùmque Palatia Regis:

Luc. 2.

B

Hæc-

Hæcque loco signi vobis determinat Æther,  
 Ut, quem Bethlehemæ tali sub imagine vobis  
 Offeret, hunc ipsum, quem diximus, esse sciatis,  
 Suspiciunt vigiles, lætòque per aëra plausu  
 Aligeros volitare Duces, resonare triumphos,  
 Atque refulgentis spatiosa per atria Cæli  
 Unifono gratòque cani certamine vocum:  
 Gloria summa Deo super excelsissima Cæli  
 Culmina; terrigenis, quibus est sincera voluntas  
 Pax fit, & alma quies, & copia multa bonorum,  
 His evangelii finitis plausibus, unà  
 Angelici Proceres Cœlestia regna revifunt,  
 Sicque, recedenti speciosâ luce, piorum  
 Ex oculis vigilum rapitur sacra visio: noctis  
 Pristina vicinis incumbunt nubila campis,  
 Territa pastorum, pernoctem plurima volvent  
 Turba reassumit vires animùmque; relata  
 Tam miranda sibi, propriis aspectibus ardet  
 Percipere; inde moras, quas nexuit ægra dies  
 Ex Pelago reducis cunctatio, rumpit, & ortu  
 Non expectato Phœbei fideris, inquit:  
 Actutum socii, videamus Mystica nobis  
 A Domino monstrata, Deus nos ducet euntes,  
 Dicite Pierides, non Ethnica Numina, veræ  
 Christiadûm Musæ, quæ causa, quòd ista pusilli  
 Plebejique viri, Regum Procerùmque senatu  
 Neglecto, didicere? patent arcana: Draconis  
 Ambitio virus per totum sparserat Orbem;  
 Hoc quoque corrupti Reges Proceresque, profecti  
 Inferiora suis conceptibus illa putâssent.  
 Lux Evangelii non luxit Regibus illo  
 Tempore; nulla fides Procerum; regnabat ubique  
 Barbaries: humilem contestabantur egentes  
 Numi

Numinis adventum: quod Virgo puerpera nuper  
Magnificando Deum cecinit: Gaudete repulsam  
A saturis passi; qui fert solatia, vivit!  
Pastores properant; & vix eduxerat undis  
Purpureas Aurora comas, cum mœnia parvæ  
Urbis Jessiadûm, nebulis labentibus, uno  
Aspiciunt plausu: nec opus, comperta viarum  
Vel stabuli rogitare locum; Deus indice muto  
Et cupidæ mentis raptu, quò restet eundum,  
Indigitat. Currunt, subeuntque mapalia; castam  
Cum Puerio Matrem, sicut prædixerat illis  
Angelus, inveniunt. Metus hic & gaudia certant:  
Circumfusus enim radiis Cœlestibus ardet  
Puffio; nec simili privat fulgore parentem.  
Sis licet in pueri specie, sis inter olentes  
Obscuro stabuli pecudes, asinumque bovemque,  
In paleis positus; talis tamen ore refulget  
Majestatis honos, & talia signa decoris,  
Ut, quicumque vident, paveant, & Numen adorent.  
Non minor ex vultu species, habituque nitebat  
Matris amabilitas; nunquam Domus Israël ullam  
Progenuit similem. Nec Te formose virorum,  
Nam similis simili gaudet, Josephe filebo.  
Hæc Trias in stabuli tenebris olidoque recessu  
Fulget, ut in nebulis collecto lumine Phæbus,  
Aut per rimosas splendet Cynthia nubes.  
Curvatis genibus, prono quoque corpore, læti  
Procubere viri: descedunt lumina, sacro  
Oscula dant fundo, miro præsepia cultu  
Ut magni Regis thalamum soliumque salutant.  
Nec dubito, quin parva pii quoque dona puello  
Obtulerint; nec quin Dominus respexerit illa  
Intuitu placido; sicut respexit Abelis

Munera, Cœlitibus suaves halantia fumos,  
 Exultate, quibus res est angusta, domique  
 Aspera pauperies! inopum Rex venit; inanis  
 Ambitio, sæx atra Stygis, patre Dæmone nata,  
 Sub pedibus prostrata jacet. Gaudete! gravatis  
 Dicite pauperibus, quæ nox hodierna propinquo  
 Vos docuit visu: simul invitate, Supremum,  
 Ut veniant intrâ tenebrosa mapalia, Regem  
 Culturi, sicut reverentia digna requirit.  
 Pastores ovium postquam sacra nuncia Cœli,  
 Hâc data nocte sibi, retulissent; quidquid in antro  
 Seu stabulo pecorum convenerat, ore fideli  
 Applaudit. Virgo tantarum conscia rerum,  
 Lata sibi nuper Gabrielis nuncia visis  
 His pastoritiis confert, altâque reponit  
 Mente. Viri surgunt, & læto corde relinquunt  
 Limina sancta casæ: reduces ad propria tecta,  
 Hæc nocturna palàm manifestant visa; simulque  
 Omnia, quæ propriis oculis objecta fuerunt  
 Bethlehemæ, cupidis hæc nuncia læta sciendi  
 Jugiter enarrant. Super hæc miranda rapaci  
 Per loca Jordanis fertur vaga fama volatu:  
 Agricolaë, cives, & quos Cœlestis alebat  
 Spes Dominum tandem nostrâ sub carne videndi,  
 Per juga, per montes, & lata per arva feruntur.  
 Judæ Magnates, spretis novitatibus istis,  
 Non ex plebejo, sed magno stemmate Regum,  
 Nec vili stabulo pecorum, sed Principis aulâ,  
 Promissum Patribus produci posse putabant.  
 Sensit idem Herodes; zeli tamen uritur igne,  
 Ne nova sparsa sibi noceant, formidine tactus,  
 Hinc multi falsum, multi dubitabile verum,  
 Quod spargebatur, reputabant: maxima contrâ  
 Et

Et pia pars hominum, Divinæ dedita legi,  
 Fretaque promissis Domini, delapsa supernè  
 Nuncia nequaquam mentiri posse, sciebant.  
 Hæc incredulitas ideo permessa videtur,  
 Ne citius pueros raperet violentia Regis,  
 Indomitique furor sua stringeret arma, prius-  
 Virgineæ triadi nostræ concessa facultas, (quam  
 Ex Hebræorum fugiendi sinibus. Ecce!  
 Consilio Domini nihil est sapientius; ille  
 Non vi, non rapido prosternit turbine; miti  
 Tramite procedit: nec vult decreta resolvi  
 Tradita per Mosen. Præfixo tempore Matrem  
 Vult prodire foras (licet omni labe carentem  
 Ediderit partum) potiusque tenere latenti  
 Vi gladios, frameas, & spicula sæva latronum.  
 Hæc perpensa dabunt nobis calcaria, leges,  
 Quas Deus injunxit populo, servare. Memento,  
 Si Deus ipse suis jussis obtemperet, utrum  
 Conveniat nobis, sub quovis tegmine lentas  
 Excusare moras, vel quod sceleratius, ipfas  
 Sacrilego fastu Christi pessumdare leges.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ  
 INDUCTIO QUARTA.

S. LUCAS CAP. 2.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus; quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus octavo post suam miraculosam Nativitatem die, etiamsi ab omni peccati labe esset immunis, juxta legem Abrahæ circumciditur, & celebri nomine Jesu, quod super omne nomen est, ac Mundi Salvatorem significat, mirifice exaltatur.

B 3

Æquo-

**A**quoreis, octo vicibus, produxerat undis  
 Sol caput auricomum, cum Virgo puerpera  
 Thariadæ Patris cupiens implere, puellum (legem  
 Circumcidendum pro more adduxit. Anhelis  
 Mysta favens precibus Puerum, solennibus actis  
<sup>Luc. 2</sup> Ut voluit Joseph, condigno nomine Jesum  
 Appellat: siquidem sub tali nomine Christum  
 In terris voluisse suos complere labores,  
 Ex hoc conjicias, quod missus ab Æthere Princeps  
 Angelicus jubeat, Puerum debere vocari  
 Hoc Salvatoris specioso nomine Jesu.  
 Quid verò notat hæc brevis appellatio, Jesus  
 Illa characterum tantummodò quinque synopsis  
 Ceu compendiolo, magnum designat Atlantem,  
 Quem Pater æternus Cœlo demisit, ut Orbem  
 Salvat ab interitu. Nomen prænobile, sanctum  
 Dulce super purum florentis nectar Hymetti  
 In quo terrigenæ cuncti salventur, oportet.  
 Hoc recreat Superos, purgantes mitigat ignes,  
 et gen<sup>9</sup> humanum, quod adhuc cum principem unum  
 Tartaræque domûs in terris bellat, adinstar (d  
 Armatæ turris magnâ virtute tuetur.  
 O Nomen Jesu! super omnia nomina Nomen!  
 In quo, qui vigilat, Cœli hunc protectio munit,  
 In quo, qui dormit, securâ pace quiescit.  
 In quo, qui patitur, felici sorte triumphat.  
 In quo, qui vivit, Libitinæ spicula ridet.  
 In quo, qui moritur, devictâ morte resurgit.  
 Jesus salvificat, disrumpit vincula Jesus.  
 Jesus fortificat, timidis dat robora Jesus.  
 Jesus vivificat, fert ægris pharmaca Jesus.  
 Jesus lætificat, mœstis dat gaudia Jesus.  
 Jesus sanctificat, dat dona perennia Jesus.

Qui

Qui zelo Domini succensi ex corde teporem  
 Ejiciunt, ardent in sacro Nomine Jesu.  
 Hoc facit adverſi jaſtatos turbine fati  
 Intrepidus; tribuit, ſi fauſtâ forte potimur,  
 Ne tumeant animi, moderamina; pellit opacas  
 Dæmonis infidias, expugnat Tartara, diris  
 Obſeſſos homines Furiarum liberat umbris.  
 Omnia quæ facimus, Paulo ſuadente, ſub ipſo  
 Ut bene ſuccedant, faciamus Nomine Jesu.  
 Tempora metimur, totuſque revolvitur, illo  
 Nominis auſpicio, ruſſum quoque clauditur annus.  
 Unâ primus homo, Divinum præter amorem,  
 Lege tenebatur; Stygio ſeductus ab Angue  
 Transgreſſus, totam vitiavit crimine Terram.  
 Hinc holocauſta Deo, ſed inani pondere, facta;  
 Mundus erat ſine lege datâ, ſine luce ſalutis  
 Cæcus in obſcurâ noctis caligine palpans.  
 Hic ſtatus humanam viginti ſæcula gentem  
 Implicitam tenuit: tandem de ſemine Thare  
 Deſcendens Abraham, Domino mandante, ſecun-  
 Quâ luerent pueri primæva piacula, Legem (dam  
 Publicat: hancque ſuo Jeſus in corpore, quamvis  
 Non attraxiſſet primæ contagia culpæ,  
 Promptus adimplevit; dum primo flore ſacrati  
 Sanguinis hæc, quæ non contraxit, debita ſolvit.  
 Ite procul tristes, nimix procul ite querelæ,  
 Innocuo ſi quæ tempeſtas, ſæva procellis,  
 Ingruat. In niveis Mariæ conſpeximus ulnis  
 Criminis expertem, Patrum delicta piare,  
 Immeritumque pati. Nos Lex nova ſuavis amoris  
 Eximit à tali nexu, veterumque rigore.  
 Attamen aſtrinxit Baptiſmi fonte lavari,  
 Et circumcidi contrito corde, pióque

Mentis in affectu; per totam denique vitam,  
 Ut decet Athletas Christi, cum Dæmone, Mundo  
 Corruptâque, dolo serpentis, carne, seorsim  
 Belligeras conferre manus: illisque subactis,  
 Exemplo Christi, qui factus victima Patri  
 Pro nobis, toto quo vixit tempore, sordes  
 Humani generis, lacrymis gemitûque perenni  
 Absterfit; sic nos renovatis moribus ultrò,  
 Quæ primævorum levitas delicta, nefandi  
 Instinctu Satana, quondam commiserat, unâ  
 Cum propriis noxis, ex toto corde steamus.  
 Virgo Dei Genitrix, fœni subnixâ maniplo,  
 Ad præsepe sedet, formâ speciosior omni:  
 Frons nive candidior, facies quoque tota; refulgent  
 Ex ciliis oculi, tanquam duo sidera; tingit  
 Purpura prima genas, augustâque circuit ora:  
 Connectit dentes alabastri candidus ordo:  
 Assimiles ebori collum, pectûsque, manusque.  
 Tota places, speciosa nimis, specialis amica!  
 In Te nulla cadit maculæ nota: fundis ab ore  
 Ambrosiam, & niveum distillant ubera nectar,  
 Hoc reficit potu Divinum Virgo puellum,  
 Qui sedet in gremio Matris, quasi Regis eburno  
 Magnificoque throno, risu cognoscere blandam  
 Incipit, & placido circumspicit omnia vultu.  
 O formose Puer! per quem, quæ facta videmus,  
 Ex nihilo producta patent: cur, quæso, negares  
 Præ reliquis tibi-met speciosam condere formam?  
 Formam, quam statuit Deitas ipsissima, tanquam  
 Illustrem fabricam, triginta ac amplius annis  
 Gestare in terris, superisque perenniter oris.  
 O præclara domus! palmam cui cedere, pulchri  
 Quidquid Mundus habet, quidquid Cœlestia regna  
 Im-

Immensis stringunt ulnis spatiique, jubetur.  
 Quid Tibi, mi Joseph! de tantâ Matre videtur?  
 Quid Tibi de puero? quò Te reverentia ducit?  
 Raptus in ecstaticum nimiâ præ luce stuporem  
 Obsequiis alacer, nunc hunc, nunc respicis illam.  
 Exultas; dubiòque caret, quòd videris ipsos  
 Circumstare Dei Proceres, missòsque supernè  
 Angelicos cives, quibus incunabula Christi  
 Concelebrare datum. Stabulum quicumque subin-  
 Hanc triadem tacitâ subMajestate verentur. (trant,  
 Et quia Bethlehemæ magnus de stemmate David  
 Concurfus populi, quem jussu Cæsaris albo  
 Infereret Præses Syriæ, confluxerat; absque  
 Ancipiti dubio Solymam vaga fama frequenter  
 Attulit ex nimio populi rumore novellas,  
 Quòd sit Bethlehemæ, Cælo referente, supremus  
 Progenitus Princeps, qui solvat vincla, fugétque  
 Insidias Erebi, totum quoque corrigat Orbem.  
 Arbitror ex ipso Regali stemmate David  
 Bethlehemam Solymis magnam properâsse cater-  
 Illa redux potuit Regi nova tanta referre, (vam.  
 Quæ propriis oculis ac auribus hauserat. Usquè  
 Narratis subtraccta fides, rumorque putatus  
 Mendacis populi: quia sic permiserat Æther.  
 Mosaicæ Leges, ut quæque puerpera certum,  
 Ex quo decubuit, non tacto limine tempus  
 Compleat, instituunt: quapropter Templâ subire  
 Noluit alma Parens; sed Patrum legibus uti,  
 Et si virgineo nunquam viduata pudore,  
 Maluit. Interea tacito pede tempora currunt,  
 Una dies aliam, noctem nox altera pellit.  
 Spectatum redeunt inopes præsepia; Matri,  
 Ut prolem melius sustentet, munera largis

Apportant manibus, Salvatorémque salutant.  
 Hic pia devotam subeat meditatio mentem,  
 Quàm suavi cultu Virgo, cum conjuge, Jesum  
 Sub stabulî tenebris fuerit venerata: profectò  
 Mille super Cœlos misit suspiria, mille  
 Millia votorum. Quoties ad strata puelli  
 Fortè quiescentis curvato poplite fedit,  
 Effuditque preces! quoties Josephus eundem  
 Pronus adoravit! Sol merfâ luce reliquit  
 Invenitque iterum flammâ redeunte precantes  
 Nocte dièque suum tenuit devotio cursum,  
 Non ex incenso sparguntur aromate tales  
 Ac tam fragrantés fumi; nec thuris acervus  
 Tam suavi Superos unquam recreavit odore:  
 Gratiór ex pecorum stabulo fragrantia sursum  
 Ascendit, quàm magna patrum fumantibus an-  
 Ambrosias inter nebulas holocausta dederunt.  
 Continuo motu rapitur devotio sursum,  
 Nec minor in cursu descendit missa deorsum  
 Gratia. Felices animæ, quæ carcere Limbi  
 Inclusæ tales intellexère novellas!  
 Exultâsse puto, quoties commercia Cœli  
 Atque domûs Bethlêm, Geniis referentibus, illi  
 Sunt patefacta; hilares frangenda repagula por-  
 Carceris invisi didicerunt; nulla deinceps  
 Sæcula, sed solos triginta trësque recursus  
 Phœbei jubaris pro libertate requiri.  
 Hic mihi pro veterum, peto, consuetudine Vatu  
 Concedi Stygios paucis memorare tumultus.  
 Limbus erat calido nimum vicinus Averno;  
 Hinc Patrum cantus, plaususque, & júbila spii  
 Irrumpunt tenebris: pœnarum sistitur ordo,  
 Rumpuntur gemitus, manésque silentia servat

Lucifer ignivomo tonat, ut fera bellua, rictu:  
 Quid sibi vult stolidus Patrum concentus? & audit,  
 Quod Dux, qui populum salvet, venisse putetur.  
 Nos infelices! totus reboabat Avernus:  
 Hi tandem placido potiuntur sine dolorum;  
 Nos cruciat miseros mera desperatio: nullus  
 Finis adest. Numeres annorum millia mille;  
 Finis abest; duplices, triplices; nec meta malorum.  
 O insensati! facilis descensus Averni,  
 Sed revocare gradum nulli conceditur. Ergo  
 Dum fumus in vivis, & Christi morte redempti,  
 Hæc loca pœnarum solido virtutis amore  
 Atque exercitio vitemus: quidquid in Orbe  
 Sensibus arridet, vanos quoque sortis honores  
 Salvifico fulti spernamus Nomine JESU.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ

INDUCTIO QUINTA.

S. MATTHÆUS CAP. 2.

Cum ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus  
 Herodis Regis: ecce Magi ab oriente venerunt Ieroso-  
 lymam dicentes: Ubi est, qui natus est, Rex Judæorum?  
 vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare  
 eum. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, & omnis  
 Ierosolyma cum illo &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus à tribus Magis, seu  
 Regibus ex oriente, stellâ novâ, veluti signo hilaritatis,  
 Bethlemium Juda deductis, triplici munerum Hieroglyphico, vi-  
 delicet thura, auro, & myrrhâ regaliter honoratur; & sicuti  
 tantam Majestatem decet, humili devotione adoratur &c.

Non contenta Dei bonitas, natalia Christi  
 Notificasse viris solâ de plebe; sed instat,  
 Hæc nova quamprimùm cunctis exponere terris.  
 Quip-

Quippe, quod attingit communia comoda Mundi  
 Hoc manifestari quoque convenit omnibus. Unde  
 Mirandum celso suspendit in æthere signum,  
 Nullo crine minax, nec sævâ luce coruscum,  
 Sed nimum blandis rutilans per inania flammis  
 Omnibus ostendit populis, quod venerit Heros  
 Qui de morte simul Stygiôque Dracone triumphet  
 Hanc Hebræa super radiare cacumina stellam  
 Intuiti cives Solymæi, fidus inane  
 Fortuitumque putant, dum contrâ Solis ab ortu  
<sup>Mat. 2</sup> Hoc jubar aspiciunt animo meliore Sabæi.  
 Hinc tres ex illis, quos Regia purpura claros,  
 Et Divinarum concessa scientia rerum,  
 Reddiderat, stimulabat amor, per sidera terris  
 Notificata suo proprio contingere visu.  
 Collectis igitur, sibi quid conducat agendum,  
 Consiliis statuunt, Solymam non deside gressu  
 Accelerare simul: volucres amor addidit alas.  
 Aggrediuntur iter, properant, & denique campo  
 Hortos, & turres, & celsa Palatia magnæ  
 Aspiciunt urbis. Gavisi desuper, optant  
 Tantorum Dominam populorum intrare; recep  
 Magnificum mirantur opus, pulchrâque sacrati  
 Delubri formam. Quærunt, ubi Regius Infans,  
 Cujus in adventum specioso lumine stella  
 Inter sidereos hodie dum fulgeat ignes?  
 Instant quærendo, satagunt cognoscere: nemo  
 Præterquam quod ibi popularis fama recenter  
 Sparserat, ad lubitum poterat satiare rogantes.  
 Fertur ad Herodem popularis rumor, adesse  
 Ex Oriente viros præcelsi nominis; omne  
 Vulgus opinari, tres Reges esse Sabæos.  
 Herodes truculentus erat; sed callida vulpes,

Si quæ res egeat vestiri fraudis amictu.  
 Hinc ad se Reges invitat, pluribus ornat  
 Obsequiis: si quæ cupiant, ea facta putarent.  
 Hic tua, qui fæto vultu suspendis amicos,  
 Pingitur effigies: vasto promittis hiatu  
 Quælibet; ast pressæ turgent sub pectore fraudes.  
 Muscipulam pedibus ponis, dum strata viarum  
 Floribus exornas. Quærit Rex perfidus ultrò,  
 Quæ fuerit ratio per tanta pericula terras  
 Israël aspectu proprio decorare? sed illi,  
 Ut decet ingenuos, sincero corde fatentur:  
 Se vidisse domi super ardua culmina Judæ  
 Formosam rutilare facem; spectabile signum  
 Promissum venisse Ducem, cui reddere dignum  
 Quæque teneretur terrarum natio cultum.  
 Hæc nova versutum turbabant nuncia Regem,  
 Et Proceres ejus, Solymæos denique cives.  
 Sed ne conjicerent, quæ sit sententia Regis,  
 Comiter excepti multo tardantur honore.  
 Convocat intereà, quidquid credebat in urbe  
 Esse peritorum, Judææ Lumina gentis,  
 Pontifices, Scribas, Pharisæos: magnus in aulâ  
 Doctorum confluxus erat: monumenta librorum  
 Discutiunt, relegunt, scrutantur tempora, donec  
 Unifono docti conspirent ore, citantes  
 Præ reliquis veterum, Michææ verba Prophetæ: Mich.  
 Tu Bethlêm Judæ, Princeps non infimæ gentis; Cap. 5.  
 Progredietur enim de te Dux ille supremus,  
 Qui domui Jacob omni dominabitur ævo.  
 His ità discussis, sævo terrore repletus  
 Dissimulat, tacitòque coquit sub corde dolorem  
 Herodes; triademque Ducum regaliter orat,  
 It, tectâ novitate rei, discedat in urbem

Beth-

Bethlehemam, puerumque pio conamine quæram  
 Adjicit his precibus, si, quod speraret, eundem  
 Inveniant, subitis referant cursoribus aulæ;  
 Se quoque venturum, merito Regalia cultu  
 Exhibitum puero, condignaque dona solutum  
 Illi, se Solymam redituros, & sinè fraude  
 Cuncta relaturos (quæ fors optata dedisset,  
 Bethlehemæ proprio sensu cognoscere) Regi  
 Promittunt. Renovatur iter; Solymisque relicta  
 Verticibus superesse suis peramabile lumen  
 Sideris in patriâ visi, ductoris adinstar,  
 Suspiciunt hilares. Præcedit stella, sequuntur  
 Devoti Reges: stetit hæc, missisque deorsum  
 Luminibus stabulum certo velut indice sanctum  
 Demonstrat. Nemo poterit, mea Musa, Magorum  
 Festivus plausus dignâ celebrare poësi.  
 Ante fores stabuli, latis super Æthera votis,  
 Perpendunt, quâ laude Deum, quo denique cunctis  
 Conveniat prolem decorari. Dives amoris  
 Copia suppeditat, quæ sit via recta juvandi  
 Hospitio exclusos, inopes, stabuloque receptos  
 Ingressi caulam, Puerum Matremque venustum  
 Et super humanam formam speciëmque decoratam  
 Inveniunt, flexoque genu venerabile Numen  
 Impositum gremio sub amictu carnis adorant  
 Quod patriæ cives, Davidis & ipsa propago  
 Concivi, proprioque suo de sanguine nato,  
 Obsequium præstare vetant, post magna locorum  
 Intervalla, viæ curas, durósque labores  
 Nequaquam Divæ proli, dulcique puello  
 Æthiopum Tharsisque Duces deferre gravantur  
 Hi sua supponunt diademata Regia cunis  
 In pecorum stabulo; dant oscula plurima factis

Infantis pedibus; deponunt divitis auri  
 Munera, thus, myrrham, fragrantia dona Sabarum,  
 Thura Sacerdotem, sed Regem denotat aurum,  
 Myrrha salutiferæ lugubria funera mortis.  
 Sunt arcana quidem, sed signa notantia totam  
 Progenitæ prolis vitam. Nam Mystra supremus  
 Melchisedechque fuit, Regum de stemmate natus,  
 Et mera pro toto redimendo victima Mundo,  
 Uranie, tu sola domum specularis Olympi,  
 Quæ fuerit genuina trium fortuna Magorum,  
 Commemora: dicis justos, doctosque fuisse  
 Astronomos, Reges, & Regum sanguine natos,  
 Legibus addictos, solidâ pietate refertos;  
 Qui Ducis æterni Natalia festa recenti  
 Sideris ostento patriis didicere sub oris.  
 Astipulor dictis; quis enim tam dissita Mundi  
 Climata desereret, si non sincera dedisset  
 Et robusta spei fiducia? scilicet illum,  
 Qui nos captivos redimat, sub carne videndi.  
 Ecce preces cumulant, non cassa crepundia; soli  
 Intenti Pueri, gaudent; suspiria sursum  
 Ejaculantur: agit furvos nox alta jugales;  
 Attamen in stabulo retinet devotio Reges  
 Non saturos visu: sed ne consueta quietis  
 Tempora disturbent, abeunt; dignoque receptis  
 Hospitio dulci clauduntur lumina somno.  
 Vixque soporatis assistit ab Æthere missus  
 Angelicus Juvenis, placido qui nunciat ore,  
 Esse voluntatem Domini, ne Regis ad aulam,  
 Nec Solyman redeant; moliri sæva Tyrannum,  
 Infantisque necem. Reges abeunte sopore  
 Somnia combinant, statuuntque relinquere Ju-  
 Inque suos fines mutato calle reverti. (clam,  
 Hanc

Hanc visi seriem properant concredere Matri  
 Virgineæ, ac sponso Joseph, suadentque cavere  
 Ne Puer in tanti maneat ditione Tyranni:  
 Se tamen ambiguis curarum motibus angi  
 Nullo posse modo; quod enim suprema volum  
 Numinis immensi volet asservare, nefandi (ta  
 Nequaquam poterit Regis molimine tolli.  
 Res patet exemplo; vidit per climata Judæ  
 Herodes homicida novum radiare cometam,  
 Audivitque Magos, Scribas, Legisque peritio  
 Insuper Hebræas dici spargique per urbes,  
 Advenisse Ducem, qui liberet Israël, audit:  
 Attamen in stupido vivit remanetque veterne  
 Securosque trahit crudeli ex pectore ronchos,  
 Exspectando Magos, & quid de Principe nat  
 Ulterior referat vulgi dictamine fama.  
 Hæc Cœlestis erat Domini directio; Regem,  
 Ne ruat ante diem celerem malesanus in iram,  
 Sub freno retinens: rabiei supprimit ignes  
 Fortiter, & lento tardat molimina ductu.  
 Hinc, ut Idumæi vitent consortia Regis  
 Ac Hierosolymam, per Cœli jussa Sabæos  
 Instruit in somno; qui demonstrata secuti,  
 Non Hierosolymam, sed flexo tramite fines  
 Æthiopum relegunt, illuso Rege Tyranno.  
 Accedunt puerum, renovant sua vota, tenell  
 Infigunt pedibus dulcissima basia: Matri  
 Et sponso suavi valedicunt ore: molestum  
 Aggrediuntur iter, læti, quod ab Æthere duc  
 Heroem, totum qui crimine liberet Orbem,  
 Intuiti fuerint. Verè dignatio celsa!  
 Quam meruit generosa fides, quæ Solis ab ort  
 Reges ad pueri cunas nascentis adegit.

Tan

Tanta fides, tantusque labor, sine divite fructu  
 Esse minus potuit: duplicato fœnore reddunt,  
 Quæ facimus, Superi. Fuerit labor arduus, altos  
 Contiguosque Polo montes ascendere, valles  
 Præcipites, ruptasque vias absolvere, multis  
 Innumerisque rapi per densa pericula curis:  
 Estò; sed in mentem revocemus præmia, sanctis  
 Regibus in Cælo fructu locuplete repensa.  
 Nos melior fortuna beat; non cogimur Indos  
 Visere, purpureis ubi Sol caput exerit undis,  
 Occiduisque tegit, non frigida climata Mundi:  
 Præ foribus nostris Deus est; non amplius inter  
 Fœtentis caulæ paleas quærendus. Adeste  
 In Christo Fratres! adeamus templa, precemur  
 Cordibus erectis, inibi que videbimus illum  
 Ipsum, quem Reges Orientis, fidere miro  
 Ducti, quærebant, humili sub imagine panis  
 Et vini populo pretiosâ morte redempto  
 Ostendi, humanâ rursus pro gente litari,  
 Quodque stupescendum magis, in potumque ci-  
 Offerri. Certè Divina refectio, nullis (bumque  
 Equiparanda cibus, æternæ tessera vitæ!  
 Ite pii Reges, vestros animate, reversi  
 Ad patriam, cives; sanctis accendite flammis,  
 Quidquid habet lumen rationis; dicite: nostro  
 Vidimus intuitu Dominum, qui condidit Orbem,  
 Qui regit ætheream justo moderamine molem,  
 Quique nives gelidas spargit, qui nube salubri  
 Ejicit optatos terris sitientibus imbres,  
 Vidimus in pueri specie, qui carcere solvet  
 Antiquos Patres, qui, ruptis nexibus, omnem  
 Salvabit populum, qui denique conteret Orcum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ  
INDUCTIO SEXTA.

S. LUCAS CAP. 2.

Postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moyli, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sistere eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster JESUS CHRISTUS, postquam conceptivisset Beatissima Virgo Mater ejus constitutum purificationis tempus, in Templo Hierosolymitano offertur; & à Simone viro timorato ordinis sacerdotalis, & Annâ Prophetissâ devotissime adoratur.

**I**nterea tempus præscriptum lege, Maria Virgo Dei Genitrix absolverat inter olenti Bethlææ caulæ tenebras, cum sistere Patri Æterno prolem Solymis jam gestit. Ioseph Promptus adornat iter: nondum redeuntia Phœa Lumina dispulerant nebulas, cum Mater & Educti stabulo, Ioseph ductore fideli, (faci Approperant urbi; decus hæc & gloria Judæ (Nec fuit in toto reperiri sanctior Orbe) Prima Prophetarum sedes, munita Sionis Arce, Dei dignata domo, famosa stupendis Prodigiiis, semper sacris fumantibus aris Inclyta, Divino plusquam celeberrima cultu, Alma Sacerdotum requies, Residencia Regum, Terra ferax Cereris, multoque feracior uvæ, Vitibus Engaddi præ multis cognita regnis. Circumdant urbem montes, saltusque benignis Arboribus pleni; locupletat copia cives. Hæc tamen ubertas occasio certa malorum, Prò dolor! & scelerum nutritrix manifesta, sineb

Sanct

MÆ Sancta relaxari. Mortalia pectora raro  
 Prosperitate solent rebusque faventibus uti,  
 Quin simul offendant ingrato corde Datorem.  
 Sancta trias, Proles, Mater, Nutritius unà  
 Adveniunt Solymam; nullo prohibente subintrant  
 Mœnia; de patulis, gratisque penatibus ultrò  
 Non sunt solliciti; locupletes munere Regum,  
 Ocyùs inveniunt aedes, ubi membra reclinent.  
 Luce renascenti Divina Palatia Joseph  
 Intrat, & oblati binis, pro more, columbis,  
 Turturibusque, rogat submisso vertice Mystas,  
 Ut Domino puerum, sibi quem fors æqua dedisset,  
 Offerrent: Sponsum sequitur cum prole Maria  
 Purificanda, licet genitili labe careret.  
 Ecce Sacerdotum senior, vir justus, honestus,  
 Atque timoratus, Simeon, solatia gentis  
 Israël exspectans, instinctu Numinis intrat  
 In templum Domini, sacris advolvitur aris;  
 Pollicitis Superùm confisus, suscipit ulnis  
 Oblatum puerum, verso super æthera vultu:  
 Unde recognoscens, quis sit, quem brachia portant,  
 Ingeminat: Memor esto tui, Deus optime! verbi:  
 Me dimitte senem famulum sub pacis amicæ  
 Complexu; proprio tetigerunt lumina visu,  
 Quem promisti nobis, Mundoque parasti,  
 Ut manifestentur Superùm decreta. Decore  
 Israël ornetur, tandemque refloreat Orbis.  
 Decrepito sanctoque seni promiserat Æther,  
 Non gustaturum Libitinæ tela, priusquam  
 Vidisset Dominum sub nostræ carnis amictu.  
 Hæc dum miratur Simeonis verba Maria  
 Cum sponso Joseph; Simeon benedixit, & illis  
 Vaticinatus ait; Multis puer iste ruinæ

Luc. 2.

C 2

At-

Atque resurgendi multis occasio fiet  
 Judææ populis : erit is mirabile signum,  
 In quod conspiret fera contradictio gentis,  
 Et tua , Virgo Parens, penetrabit corda dolori  
 Immensi gladius, pandantur ut intima mentis  
 Utque reveletur multis ex cordibus , intus  
 Quod latet abstrusum. Cœli vos gratia servet  
 Hæc inter Proles Divæ solemnia tardo  
 Luc. I. Adrepi gressu Phanuelis filia. Lumen  
 Hæc anus eximium tribui fuit Aferis ; Anna  
 Nomen ei : dudum sancto viduata marito,  
 Obsequiis conjuncta Deo , noctûque diûque  
 In templo Domini stabat jejuna. Prophetis  
 Assimiles vetulam ; siquidem præfaga futuri  
 Multa revelabat Sanctam tangentia Prolem  
 Omnibus , ut credant, finem venisse malorum  
 Advos , Hebræi ! modicum convertor , & oro  
 Dicite , quis turbo vestras stupefecerit aures ?  
 Et quæ nox oculos , quæ nubila denique mentis  
 Quominus assensum fidei præbere velitis (temere)  
 Rebus in excelso positis. Promiserat olim  
 Omnipotens veraxque Deus, qui fallere nescit  
 Nec potis est falli ; quod sit mittendus in Orbem  
 Debita qui Patrum redimat, reparétque ruinam  
 Lex quoq; vestra probat, talem de stemmate David  
 Urbéque Bethlehemâ venturum : fama recenset  
 Quæ fuerint ostensa palam super ardua Judæ.  
 In signum fidei prænumcia stella pependit ,  
 Quâ monitos Reges Orientis munera Nato  
 Exhibuisse patet. Simeon ac Anna Prophetæ  
 Acclamant Pueri ; quidquid sacra pagina narrat,  
 Unanimes sermone docent , venisse salutem  
 Israël , & Mundi totius : Credite tandem,  
 Gens

Gens inimica Deo ; velamina tollite, fulget  
 Lux Evangelii, quo condit gurgite lucem,  
 Quoque reassumit Phœbeum lumina fidus,  
 Auster ubi madidis volitat super aëra pennis,  
 Sive minax Boreas gelidâ bacchatur ab Arcto,  
 Floret ubique Fides, florent altaria Christi,  
 Postquam Mosaicæ solemnia consona legi,  
 Et Solymis alias peragenda negotia certo  
 Fine coronâssent Joseph & Virgo Maria,  
 Constituunt remeare domum ; votisque solutis  
 In templo Salomonis, eunt, cum manè reducit  
 Lux rediviva diem super alta cacumina, versus  
 Nazareth. Urbs obscura quidem; sed patria nostri  
 Salvatoris erat, titulo dignata superbo,  
 Quem super alta crucis (dubito, si laudis avitæ,  
 An, quod credo magis, probri ratione) Pilatus  
 Imposuit. Scribæ Solymis dixisse feruntur:  
 Non venisse boni quidquam de Nazareth: estò;  
 Attamen Angelico, ut constat, decorata favore,  
 Hospitióque Dei Genitricis clara, superbis  
 Anteferenda locis. Christi Natalibus una  
 Urbs Davidis ovat; conceptu Numinis autem  
 Nazareth assurgit, nutrix diuturna Mariæ,  
 Et sponsi Joseph, ac Salvatoris Iesu.  
 Trajectis variis Judææ montibus, urbem  
 Nazareth attingunt; hinc tecta priora subintrant,  
 Unanimésque manent, & adhuc ex munere Re-  
 Viventes, semper frugali pane fruuntur, (cum  
 Nec manibus parcunt, contemnunt otia, fervent  
 Sedulitate dies: reliquis præcelluit unum  
 Assiduæ pietatis opus: lux namque cadentis,  
 Atque resurgentis Phœbi conspexit utrumque  
 Continuas offerre preces; puerilia membra,

Sub quibus alta latet Deitas, Infantis adorant,  
 Laudandi lapides, calx, tegula, ligna, laborque  
 Ex quibus hospitium surrexit nobile, tantis  
 Hospitibus clarum, tantâ pietate decorum!  
 Non fuit à primâ nascentis origine Mundi  
 Sanctior ulla domus: Deus hanc sub imagin  
 Incoluit pueri; post hæc adolevit, & inde (par  
 Prodiit ut lumen Mundi. Cœlestibus illa \*  
 Spiritibus meruit super alta palatia Regum  
 Portari vallésque super, montésque præalto  
 Atque super fluctus Adriæ, Pontique procelle  
 Aufoniisque loco stabili requievit in arvis:  
 Excitat huc varias cultum sua limina gentes,  
 Vix hæc sacra trias, Joseph præeunte, relinque  
 Bethlehemæ fines Solymæa relegerat arva,  
 Stella Redemptoris Christi prænuncia lucem  
 Contraxit, radiósque nigris abscondit in umbra  
 Hocque dedit causam, solitis ne fama novel  
 Ulterius populi linguas exerceat: omnis  
 Rumor enim tacito successu temporis alget,  
 Fitque minor, si quæ dictis occasio defit.  
 Hinc Hierosolymis pax alta, sopórque supin  
 Nemo loquebatur de visis amplius: omnis  
 Par levibus ventis, volucrique simillima somn  
 Fama recedebat. Solus cruciatur amaris  
 Herodes stimulis, dubius, quæ fata superfic  
 Imposuisse sibi Reges Orientis, & astu  
 Mendacique dolo reditum simulâsse putabat.  
 Affudit flammis oleum, quia fama ferebat,  
 Hos Arabum Reges, mutatâ mente, priore  
 Declinâsse viam, dudúmque per aspera Jud  
 Et Syriæ saltus, patrios tetigisse penates.

Incr

\* Domus B, V, Maria ab Angelis ex Nazareth Lauretum transportata

Increpat elapsos, & sanctis dira precatur:  
 Non secus ac, rabidi dum Lunam fortè Molossi  
 Aspiciunt, frustra latrant, dentesque fatigant.  
 His non contentus Princeps sceleratus, iniquos  
 Exploratores mittit, qui fraude sagaci  
 Ocyùs inquirant per diversoria, quales  
 Ante dies aliquot Jessæi in Principis urbe  
 Magnates fuerint; quid ibi fecisse putarent?  
 Quòtque diebus ibi? quando? quò? qualiter illi  
 In proprios fuerint fines patriamque reversi?  
 Adjiciuntque vafri, vulgi novitate relatum,  
 Bethlehemæ quendam puerum de stemmate Judæ  
 Nuper progenitum, de quo mera mira vagentur:  
 Se desiderio pariter, votòque teneri,  
 Visendi Prolis cunas, oculisque videndi.  
 Jessæi cives referunt, quæ sparsit ubique  
 Fama; Magos Arabum pridem per aprica viarum  
 Ad patrios rediisse lares, puerique parentes  
 Abscessisse dein, quò vel quà, nemo sciebat.  
 Consiliis Superùm celerem prævertere cursum  
 Turbidus Herodes fatagit; formidat inani  
 Non metuenda metu. Neonati regna pusillis  
 Non sunt terrarum spatiis inclusa; supremum,  
 Quod reget, Imperium nullis arctabitur oris,  
 Est infinitum, quod nullum tempus edaci  
 Comminuit morfu; stat inexpugnabile, nullis  
 Hostibus expositum; quassâ cervice, rebellis  
 Inferni coluber, Stygio sub carcere, feris  
 Questibus evomitas incassum devorat iras.  
 Pone graves curas, Regum nequissime! soli  
 Militiam scribit Cælo Dux ille; docebit  
 Moribus & verbis populos; convertet iniquos,  
 Ut timeant Dominum; restaurabitque ruinam,

Quam Stygii peperit truculenta rebellio monstra  
 Hinc quoque Lux Mundi, cæcas quæ dissipet umbræ  
 Illustrétque suo mortales lumine, dici (brachia)  
 Promeruit. Felix, qui tantæ lucis amore  
 Allectus, miseræ pulsâ caligine noctis,  
 Æstuat erectos ad sidera tollere vultus.  
 Ascendit sursum niveis oratio pennis,  
 \* Descenditque pari locuples miseratio cursu,  
 Amodò florebut commercia mutua Cœli  
 Cum Terræ populis; qui vult, salvabitur. Unus  
 Ringitur Herodes; exploratoribus aurem  
 Admovet, & rictum distendens instar hyæni  
 Ardet, ut innocuum rapido voret ore puellum  
 Hunc Hierosolymis quærit, rurique, domique  
 In pagis, caulis, stabulis, domuúmque latebris  
 Oscitat, & queritur tantos periisse labores.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ  
 INDUCTIO SEPTIMA.

S. MATTH. CAP. 2.

**E**cce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens  
 Surge, & accipe puerum, & Matrem ejus, & fuge in  
 Ægyptum; & esto ibi, usque dum dicam tibi. Factu-  
 rum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum  
 eum; &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, propter Herodis  
 futuram crudelitatem in pueros innocentes, à Nutritio suo  
 Josepho, hac super fugâ cœlitus admonito, & à Beatissima  
 Matre sua Mariâ in Ægyptum, ab interneccione salvandus  
 summâ cura difficultate deportatur, &c.

**S**crutator Deus est, cognoscit cordis abyssum,  
 Inspi-

\* Ascendit precatio, & descendit Dei miseratio. S. Aug. Serm.  
 226. de Temp.

Inspicit Inferni barathrum, supereminet astris,  
 Marmoreas rupes penetrat, pelagusque profun-  
 Omnia sunt oculis Divinis pervia; solus (dum.  
 Herodes tacitis hostilia condere technis  
 A vultu Domini satagit; mens plena tumultu  
 Horrendum molitur opus; nec cogitat, illum,  
 Quem Deicida cupit privari luminis usu,  
 Prævidisse diu, quæ cor truculentia turbet.  
 Quàm facili Dominus potuisset clade furorem  
 Hujus Idumæi prosternere? sola fuisset  
 Sufficiens auræ subtractio, febris acuta,  
 Vel tenuis morbus. Magno discrimine distant  
 A nostris decreta Dei, quæ nemo peroptet  
 Scrutari; nostras quando mors sancta resolvit  
 Corporis exuvias, constabit, qualiter ordo  
 Fatorum connexus eat; quantisque catenis  
 Hoc operi societur opus, præsensque futuris.  
 Ut tamen ex avidis Herodis faucibus Infans  
 Eripiatur; abit Genius Cœlestis in urbem  
 Nazareth, admonitum Joseph de mente Tyranni:  
 Vir bonus ex precibus lassus, manuúmque labore  
 Fortè quiescebat, quando sacer Angelus illi  
 Astitit in somno, fidoque recensuit ore,  
 Quas animo furias agitet ferus ille Tyrannus:  
 Hinc fore præ reliquis opus, ut cum Matre fideli  
 Nazareth educat puerum, nec differat ultrò  
 Pergere in Ægypti fines; inibique quietus  
 Et securus agat, donec permiserit Æther  
 Ad patrios remeare lares: sanctéque sponndit,  
 Quòd stata Cœlituum redeundi tempora jussus  
 Notificare velit; rumpi debere morarum  
 Nexus, & celerem modò maturare recessum.  
 Explicat hæc Joseph Cœlestia nuncia Matri,

Mat 2

C 5

Præ-

Præmonitque student celeri subducere raptu  
 Casibus adversis puerum. Vix lumen Eoum  
 Purpureo Cœli campos rubefecerat ostro,  
 Solliciti surgunt; post pressa negotia, rebus  
 Undique collectis, redeuntia tempora noctis  
 Expectant avidi, cujus caligine tuti  
 Egressique foràs properant attingere montes,  
 His quoque trajectis, Mareotica regna Canopi,  
 Tristibus erepti fatis, positoque timore,  
 Ingressi, latebris habitacula congrua quærunt  
 Inveniuntque, Deo sic disponente, quietem.  
 Quid sibi vult, quòd multa probi patiantur; iniqui  
 Econtrà positis habeant mera gaudia curis?  
 Hi spernunt Superos, vivunt quasi lege soluti  
 Utunturque bonis Terræ: generosius illi  
 Aspernantur opes, supremos fortis honores,  
 Lautitias mensæ, mundanæque gaudia calcani  
 Hic adversa pati, jactari turbine, multis  
 Casibus affligi, dos est genuina proborum.  
 Naviculam quamvis jactent quatiantque procellosam  
 Non tamen abripiunt: iratos Æquoris æstus (la  
 Experti, placido potiuntur littore justis.  
 Filiolum Deus ipse suum (quis plura requiret?)  
 Exilium tolerare finit, divosque parentes.  
 In patriâ locus est gaudendi: quisque viator  
 Post sibi præfixam differt sua gaudia metam.  
 Ut referunt, similis mansit fortuna Joannem.  
 Hunc quia servari Divorum jussa volebant,  
 Unguibus Herodis subreptus noctis in umbrâ  
 Creditur \* Ægypto. Præcursor Regis iisdem,  
 Quis Rex ipse, malis quatitur; torquetur uterque

\* De hac sententia vid. qua notantur huj. part. Induct. post medium, infra,

Exilio; nullam tibi possum dicere causam,  
 Quam quia sunt iusti. Tolerantibus aspera nullum  
 Pharmacon integrius, quam Christi vita, medetur.  
 Dicuntur gentes, motæ per sidera, fanum  
 Ignoto posuisse Deo: simulacra Deorum  
 Everfis cecidisse locis, responsa negasse,  
 Et conquesta fero fremitu, clamasse feruntur:  
 Nos puer Hebræus, Divos Deus ipse gubernans,  
 Cedere sede jubet, tristémque redire sub Orcum.  
 Clara tenebræ virtus ignara repulsæ  
 Monstrat ubique suos, nebulis fugientibus, ignes.  
 Non Ægyptiacis virtus incognita regnis;  
 Nullibi despicitur: profugi virtute decori,  
 Cum quibus assuescunt, horum lucrantur amorem,  
 Ceu mites, humiles, sancti, nullique molesti,  
 Semper in obsequium mirâ dulcedine prompti.  
 Pusio blanditur Joseph, Matricque Mariæ;  
 Et cuicumque suum prodit ridendo favorem:  
 Et quia conveniunt cum moribus oris honores,  
 Hebræus passim laudatur ab omnibus infans.  
 Ægyptus veteri Chanaan contermina, partim  
 Incultis fabulosa locis, partimque feraci  
 Est fecunda solo (pluviam sitientibus arvis  
 Fructiferos Nilus sinuoso gurgite fluctus  
 Suppeditat) nemorosa feras arbuſtaque nutrit:  
 Suntque metalliferi montes, sunt oppida prole  
 Accumulata: nigro solùm carbone notandum,  
 Hæc quòd Gentili lateat sub nocte Deorum,  
 Nulla domus proprio simulacro libera: miror  
 Huc fugisse Dei prolem, Dominumque salutis.  
 Sed dum præteritum, præsens, tempusque futu-  
 Combino, plenum sacris opus esse figuris, (rum

Arbi-

\* Nicephor. L. 1. C. 7.

Arbitror. Ecce puer Joseph, per crimina fratrum  
 Ductus in Ægyptum, nostri fit imago puelli.  
 Archetypum sequitur Christus: post tempora Chr  
 Thebaidos veteris montes saltusque colebat  
 Clerus Eremorum: quidquid tormenta Tyrann  
 Infidias aulæ, mundique profana timebat,  
 Fugit in Ægyptum: quapropter tanta quotann  
 In Domini gremium messis collata, ruina  
 Angelici lapsus ex magnâ parte refecit.  
 Roma latrocinii sedes, mortisque theatrum,  
 In quo pro Christi sacris tot millia fortem  
 Martyrii luctam quondam subiisse, feruntur,  
 Ut vix in veteri Româ lapis esse putetur,  
 Qui nunquam fuerit sanctorum cæde cruentus  
 Innumeri gladio cæsi, multique sagittis  
 Trajecti, plures perfossi cuspide ferri,  
 Impositique rotis, lacerati dente leonum  
 Ad risum populi; sed, quod crudele relatu,  
 Corpore contecti paleis, piceoque liquore  
 His superinfuso, nocturni in luminis usum  
 Accensi, tristes halabant ore. favillas.  
 Sed modò tempestas positis sublata procellis  
 Transiit: in placidas est versa Tragædia scena  
 Roma caput Mundi, Fidei primaria sedes,  
 Pontificum sacris moderatur legibus Orbem;  
 Cæsa coronantur Sanctorum corpora, summis  
 Exaltata locis, meritoque coluntur honore.  
 Hæc est Excelsi mutatio, cuncta gradatim  
 In Sanctum virtute suâ vertentis honorem,  
 Hoc unum multis dignum ploratibus esse  
 Arbitror, et mecum plures hæc fata dolebunt  
 Quòd terris Abrahæ, Fidei crudele flagellum  
 Infideat Mahomet, campisque fruatur avorum

Vixit

Vixit ibi Christus, Mundum moriendo redemit,  
 Est illatus ibi tumulto, tandemque revixit,  
 Ad Superos ascendit ibi, sanctumque remisit  
 Lumen Apostolicum, quod toto fulget in Orbe,  
 Hic loca prodigiis magnorum clara virorum,  
 Hic Patriarcharum cineres, veterumque quiescunt  
 Ossa Prophetarum, Christo quoque carne propinqui;  
 Sed nisi Turca favet, modico dignantur honore.  
 Hæc fuit Abbatis Bernardi causa, sacрати  
 Romanos Proceres animandi ad classica belli:  
 Sed labor optato frustratus sine, beatum  
 Afflixit Monachum multo moerore: quid autem  
 Moverit Excelsum sanctis obsistere coeptis,  
 Non ausim solidâ Mundi ratione tueri.  
 Nondum tempus erat, quo rerum nectitur ordo;  
 Spero tamen, Superis sic disponentibus, olim  
 Hic, ubi Christe tuis pedibus plantisque stetisti,  
 Nos regnaturos. Pudor est, quod schismata tantis  
 Expulerint regnis Christi sacra dogmata. Verum  
 Hæc arcana Dei tacito sub corde premamus.  
 Expedi, ut varios repetat mea Musa recessus,  
 Et transgressa Maris rubri, Nilique profundum,  
 Quid puer exul agat, quid agant faciântque pa-  
 sollicito, sicut fas est, inquirat amore. (rentes,  
 Suspicio, his alio multum sub Sole morari  
 Esse procul dubio variâ ratione molestum;  
 Sed quem suppetiis Excelsi dextera munit,  
 Non habet, unde gemat, quamvis, quod sæpe vi-  
 Omnia lethifero conspirent turbine: sola, (demus,  
 nter Gentiles versari, cura remansit.  
 Itque negant tenebris sociari lumina Phœbi,  
 ic Idololatriis ægrè sociantur & adsunt,  
 uorum vera fides animat præcordia. Verum

Credi-

Crediderim plures sub tempestate cruenti  
 Herodis migrâsse foràs , fruitósque benignâ  
 Pace, sub externis sedisse Regentibus : imò  
 Traditur , Hebræos plures habitâsse Cauri,  
 Hermopoli , & Chianâ, Miry, & Babylone, suisq;  
 Ritibus intentos tractâsse negotia. Certè  
 Arbitror, Ægypto meliorem nullibi JEsu  
 Exilii sedem potuisse locare , nec ausim  
 Dicere , confortes fidei sua corda fideli  
 Oclufisse viro Joseph , Matricque Mariæ;  
 Suppeditâsse magis , quibus hi caruère. Sed el  
 Eximius faber est Joseph ; sacra Virgo tene  
 Artificique manu , variatis serica filis  
 Textit , & intexit speciosos vestibus hortos.  
 Dicuntur demum cæcam Babylone caverna  
 Incoluisse diù : sin hæc mera vera, quid ind  
 Ad loca speluncæ residebat pervia Soli,  
 Ut lucraretur manuum pia Virgo labore.  
 Nec dubito multis pulchros placuisse labores  
 His quoque mercandis non defecisse patronos.  
 Quo non attento , patriæ dilectio cogit,  
 Ut quandoque volent illuc suspiria : votis  
 Ardet uterque Parens , sacro cursore moner  
 Ut versùs Judæ fines vestigia vertant.  
 Nescio , quâ natale solum dulcedine mentes  
 Ducat , ait Naso : quò si devotio flammâs  
 Adjiciat cupidis ; quis non generabitur ard  
 Ossibus adjungi proavorum quilibet optat,  
 Si pia mors animam solitis à sedibus arcet.  
 Sed furit in terris Judææ sæva Tyrannis,  
 Sanguine cuncta rubent, infantum corpora fe  
 Exanimata jacent, implent mera funera camp  
 Heu! quali fremitu resonant sublimia Rhamæ:

Sistite, quæso, gradum! donec furiosa remisit  
 Tempestas; stabit promissis Angelus, æquo  
 Tempore laturus redeundi nuncia: vestro  
 Ædificate modo vivendi regna Pharônum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ  
 INDUCTIO OCTAVA.

S, MATTH. CAP. 2.

Tunc Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus ejus, à bimatu & infra, secundum tempus, quod exquisierat à Magis. &c.

SYNOPSIS.

*D*ominum & Salvatorem nostrum *JESUM Christum* Herodes Tyrannus Idumeus, per numerosa Bethlemicorum & vicinorum infantium atrocitiam, inaudito crudelitatis exemplo (ut suos in Throno Regum Judæe, in quem se sub Romanorum favore intruserat, sine competitore stabiliret) innocentem ad mortem querit &c.

*I*nnocuis inflicta viris truculentia, dici  
 Magna potest; major muliebri cæde cruenta;  
 Maxima, quæ gaudet puerorum cæde. Pharônem  
 Tale palàm puduit facinus committere: quamvis  
 Sævus opinetur, nimias clam tollere proles  
 Ifacidum, licito se Regum jure teneri.

Aucta domus Jacob, Nili turgentis adinstar,  
 Qui Pelusiacas segetes festinus inundat.  
 Fœmina quæque mares, raras enixa puellas,  
 Fecit, ut in paucis ingens exercitus annis  
 Hostibus opponi, roburque repellere possit.  
 Hæc metuenda, Pharô, dubiâ pensando bilance,  
 Urget, ut augmentum gentis perdatur in ortu.  
 Hæcque fuit ratio vetulis, quæ matribus adsunt  
 In partu, tacitâ seu mutâ lege jubendi,

Pro-

Progenitos jugulare mares : sed terror ab al  
 Incussus vetulis , rupit mandata Pharônis,  
 Noster Idumæus tantò sceleratior audet  
 Infantes jugulare palàm , multòsque latrones  
 Ëmittit , pueros occisum. Tota remugit  
 Fœmineo planctu Judæa ; per oppida , valle  
 Pagos , & vicos fera carnificina vagatur.  
 Hanc latro fugentem genitricis ab ubere prole  
 Abripit , & tremulam lethali dissecat ictu.  
 Bimulus ante fores objecta crepundia læto  
 Aspiciens animo , tremefactus fronte latronis  
 Inclamat matrem ; sed vix genitricis ad aur  
 Vox gemebunda venit , moritur transfixus  
 Perditur ad muros allisus pufio ; plures (hall  
 Submerguntur aquis : moriendi mille figuræ,  
 Ille quiescentem , prostratâ matre , rapaci  
 Ense vorat ; profugos sequitur fera turba paren  
 Et veluti tigris damas , sic pignora rupto  
 Guttore prosternit : trepidantia corpora pur  
 Exhalant animam ; conspersæ sanguine mat  
 Terrifico resonant fremitu ; caput ipse recon  
 Phœbus , & Infernum reor obstupuisse. Fide  
 Hic meditabimini , quis sit gradus ille dolor  
 Quando sub aspectu patris matrisve tenellus  
 Et proprius sanguis , nullo maculatus iniquo  
 Ex improvise tam tristi perditur ausu.  
 In fatuum raptæ nimio mœrore furorem  
 Discurrunt matres laceratis vestibus ; ora  
 Continuis fluitant lacrymis ; ululatibus aë  
 Impletur , gemituque domus : ruptisque capill  
 Ubera nuda rubent fuso conspersa cruore.  
 Hæc cadit ; illa caput relevat , mortisque sorda  
 Prolibus adjungi , multis clamoribus optat.

Hæc fremit in Regem, stygiis quoq; devovet umbris,  
 Illa rogans tonitru monstrum prostrernere, passis  
 A Superis manibus vindictæ jura reposcit.  
 Hæc volat in barbam, sexûs oblita, latronis;  
 Hanc latro conculcat; miserè prostrata maritum  
 Advocat: ille ferox satagit sua tecta tueri;  
 Sed numerosa manus quæcunq; obstantia rumpit.  
 Hinc bene præcinuit Jeremias: lapsa supernè  
 Vox audita mihi, vox lamentabilis; alti  
 Ex Rhamâ gemitus, magni vox plena doloris. *Jer. 31*  
 Ecce Rachel plangit, solatia quæque recusans,  
 Ablatosque uteri fructus tristissima luget.  
 Ex Ægyptiacis acclamas Jesule campis  
 Manibus Infantum, medio sub turbine lethi:  
 Infantes animæ, Divorum corcula, flores  
 Jessæ gentis, Domino gratissima messis,  
 Pro me plectimior, pro me mactaminor: ite  
 Prorsus ad Heroas, magnosque invisite Patres,  
 Donec ego veniam, merito vos inde triumpho  
 Educturus: abest modicum, quo denique lapsò,  
 Pandetur vobis Domus omnipotentis Olympi.  
 Amplius exalta mentem super æthera lector,  
 Et meditare piè, quos tanta Tragoedia motus  
 Excitet in Cælo, puerorum victima, matrum  
 Orbarum gemitus, stupidæ trepidatio Judæ,  
 Ipsiusque pavor Naturæ tanta videntis.  
 Cogor, ut assensu confirmem, plurima posse  
 In Cælo pueros, quos clades illa peremit:  
 Quippe suo Christus semper dignatus amore  
 Quoslibet infantes, sicut Scriptura recenset, *Matt.*  
 Nè quisquam rigido deterreat ore, suoque *19. v.*  
 Arceat accessu, vetuit: vehementiùs illos, *14.*  
 Qui pro se vitam posuerunt, diligit, Ergò

D

Pri-

Primitiæ fidei, tenero sub flore resecti  
 Martyres! O Superùm purissima gaudia! semp  
 Ante Thronum Domini vigiles, Agnùmque sec  
 Quid nobis desit, Divinâ in luce videtis:  
 Accumulate preces, nobis assistite; Christo  
 Pro quo martyrium passi, sacra vulnera vestri  
 Corporis in signum fidei monstrando, rogan  
 Ut nobis parcat miseris, culpâmq̃ remittat  
 Romanos rerum Dominos, gentêmque timenda  
 Callidus Herodes gnatho demulcebat honore  
 Hinc fuit acceptus, quamvis consulta Senato  
 Grande latrocinium puerorum jure mereri  
 Nominis infamem maculam, titulûmq̃ Tyra  
 Decernant. Sed ait; Judæos esse rebelles,  
 Multotiésque vafro sparsisse per oppida plau  
 Hic vel ibi natum, Cœlo perhibente, Monarcha  
 Quæ mala Regali se tollere jure coactum,  
 Ut domet innatum regnandi gentis amorem:  
 In pueros sævisse parùm, sperare futurum  
 Ut, plausu posito, tranquillâ pace fruatur.  
 Hæc poterant animos aliò flexisse Quiritum;  
 Sed Nemesis Divina notat, quæ corde tegunt  
 Abdita, nec furvo technarum fallitur astu. (dicitur  
 Credo, quòd Herodes multi numerentur ad  
 Qui licet abstineant manifestis cædibus, optat  
 Festinântque tamen, sibi quando invisâ prophet  
 Justitiæ præco, primo jugulare sub ortu.  
 Hic, ajunt, odiosa docet; non expedit ire  
 In portum sinè clade ratem: juvat ergo reful  
 Ex Scyllâ fluctus, ex indignante Charybdi,  
 Ex Orci barathro sævas accire procellas,  
 In rabiem nimbos armare, in prælia ventos  
 Quid juvat opponi rationem juris & æqui,  
 Scilicet

Scilicet esse nefas, prohiberi legibus? omnes  
 Explodunt monitum; ridendo dicere tentant:  
 Cæca Themis dudum sedet exarmata, bilancem  
 In speciem trutinat, cassæ virtutis imago!  
 Quem ferit, ignorat; quem lædit, lædere nescit:  
 Vivificat leges occasio commoda; justum  
 Distat ab injusto cæcâ ratione volentis.  
 Hic Status est Mundi: dubitas, an vera canamus?  
 In Christi vitam, tibi quam proponere pergo,  
 Obtutum convertite; vides, quàm sedulus ille  
 Hujus quæsierit virtutis amabile lumen,  
 Non tamen invenit: Synagogam lurida noctis  
 Umbra, licet schola sit doctorum plena virorum,  
 Occupat, inque domo vix est lux ulla Pilati.  
 Innocuum decet esse virum, justique tenacem;  
 Attamen humanis nimium respectibus ille  
 Ducitur, & vanè formidans Cæsaris iram,  
 Infonem mortis Christum damnavit iniquè.  
 Fortè putas justî radios, fulgere per aulam  
 Herodis? magis ille vaftris obnubilat umbris  
 Justitiæ Solem; fatuus sapientis honorem  
 Ludibrii centone tegit, spernitque protervus:  
 Non impunè tamen: modicum post tempus adibit  
 Infernum, sociandus avis, flammisque vorandus.  
 O Divina Themis, virtus pulcherrima Regum!  
 Exilio multata gemis? Quò missa? recense;  
 Ad gelidam Thulen, famosamque ignibus Heclam?  
 Hæc fieri potuisse negas; sed dicis, Olympi  
 Arbiter assumpsit, quam pessimus oderat Orbis:  
 Hic securo diem Domini exspectabo seorsum,  
 Terribiles Mundi castigatura Tyrannos.  
 Illâ quippe die rediviva cadavera, sacram  
 Justitiam coluisse volent; sed fera voluntas

Non juvat ulterius, minus ignorantia facti.  
 Nam quæ sedulitas verum falsumque videndi  
 Est impensa? tuas clausisti turpiter aures,  
 Quominus oppressos audirent. Vade retrorsum  
 Versat ubi rigidam Minos atque Æacus urnam

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ

INDUCTIO NONA,

S. MATTHÆUS CAP. 2.

**D**efuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit  
 in somnis Joseph in Ægypto, dicens: Surge, & acci-  
 pe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israël  
 defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, per terribilem  
 Herodis Infanticida mortem, à crudelissimo persecutore liber-  
 tus, & in terram Israël (factâ ab Angelo, qui Josephum  
 somnis apparuit, præmonitione) à parentibus suis, eò re-  
 jam dudum cupientibus, feliciter reducitur. &c.

**O**mne, quod adversus Divinæ legis honorem  
 Hic committit homo, nunquam perdurat in  
 Quem Deus in terris castigat vindice pœnâ, (cultum  
 Judico felicem; sed quem post funera punit  
 Ultio fera, malum est nullis effabile linguis  
 Hæc, rogo, peccator, dum stas in limine crime  
 Patrandi, justâ rigidâque expende staterâ.  
 Est, quod delectat, modici duraminis; illud  
 Quod cruciat, longo non evacuabitur ævo.  
 Sunt quoq; quos Dominus scelerum gravitate co-  
 Punit in hac vita rigidè, majorâque differt (actum  
 Post mortem tormenta: probat pœnale tyranni  
 Exemplum Herodis, quo vix manifestior ulli  
 Traditur in priscis vindicta recognita fastis.  
 Vix cruor infantum frameis inspersus, & uel

Fletibus aruerant orbarum lumina matrum;  
 Ecce ! repentino veluti sacer ignis ab Austro  
 Irruit, & valido prosternit celsa tumultu;  
 Sic caput infandi sequitur vindicta Tyranni,  
 Et subito tumidum Regem subvertit in ictu:  
 Sanus erat, nullam metuit nec Cæsaris iram,  
 Quem sibi fallaci devinxerat arte scelestus  
 Vulpio, nequicquam contra luctante Senatu:  
 Sed Divina manus multò robustior, ipsos  
 Evertit montes, & vasta Ceraunia sternit.  
 Terribili morbo, quo vix famosior ullus,  
 Corripitur; per membra lues, & viscera serpit.  
 Vermiculosa caro putrescit; vorat ossa, medullas,  
 Cor, jecur, & stomachum vermis; lentoque dolo-  
 Corpore depasto, Stygius parat ignibus escam: (re,  
 Mens furit, & trepidat divelli à corpore, grandes  
 Inferni rictus distentâ fauce, videndo:  
 Attamen horrendas ruit indignata sub umbras,  
 Et nidore gravi manes stupefecit Averni,  
 I, bibe Tartareos, teneri vice sanguinis, ignes,  
 Exsaturâque gulam Stygiorum carne draconum  
 Ad Superos, si posse datur, sanctosque piorum  
 Infantum manes elato respice vultu.  
 Nix tegit infantes; faciem lux candida vestit;  
 Vulnera sunt decori, sanguis mera purpura;  
 Jubila materni; suspiria, thuris odores. (fletus  
 O quam dissimilis fatorum vertitur ordo!  
 Te coquit Infernus bipedum nequissime! parvos,  
 Quos occidisti, Regnum Cœleste coronat.  
 Herodis tumulo meritos decet addere versus:  
 Dirus in infantes, matrêque patrêque, severus,  
 Antipatro natus, jacet hoc sub marmore duro  
 Durior Herodes: breviter concludo: sub isto

Marmore latronum Coryphæi crura putrescunt  
 Nunquam pollicitis Divorum fallimur; idem  
 Mat.<sup>2</sup> Angelus accessit Josephum nocte silenti,  
 19. Qui prius, ut puerum salvet fugiendo, super  
 Attulerat monitum; blandoque recensuit ore  
 Ecce tibi, venio Domino mandante, relatum  
 Occubuisse feram, quæ depastura puellum  
 Mille latrociniiis terram tremefecit Hebræam.  
 Hinc licet, ut redeas in fines Israël. Uda  
 Vix Aurora comas roseis eduxerat undis,  
 Ille ad Virgineas sacra nuncia detulit aures,  
 Et quid de reditu videatur, providus addit  
 Hic reor, ambiguâ reduces trutinâsse statera  
 Quò sibi conducat vestigia vertere: certam  
 Aliger æthereus non designaverat urbem,  
 In quâ præ reliquis habitacula tuta locarent,  
 Bethlehemæ stabilire domum, vix consulo, quam  
 Hæc sit Jessiadum genitrix, & origo puelli; (U  
 Nam res, ut quandoque solet, fortassè finis  
 Regis ad auditum posset properare relatu:  
 Bethlehemam rediisse suâ cum prole parentes  
 De quâ tanta Magi sparsissent mira, simulque  
 Progenitam variis in symbola Regia donis  
 Ornâssent prolem: quis tanta pericula sperne  
 Quis successori fidat, natoque Tyranni  
 Herodis, tantâ puerorum cæde cruenti?  
 Fama quiescentem juncto carbone favillam  
 Posset in immensas subito protrudere flamma  
 Estis enim noti multis; nec posse veremur,  
 Quæ nova Bethlehemæ Divinæ prolis in ortu  
 Evenisse liquet, tantâ sub luce latere:  
 Sunt manifesta nimis. Sed quò migrabitis? eo  
 Nazareth est longo spatio disjuncta viarum

Urbs Hierosolymis ; vobis ibi degere tutò  
 Tranquillèque licet : trahet hinc devotio sæpe  
 Vos Hierosolymam, Dominòque litare monebit,  
 Nemòque præsumet vestros inhibere labores  
 In cultu Domini, passus numerantis, & omne  
 Obsequium sibi delatum cum scènore magno  
 Compensantis. Amo (licèt hæc intacta relinquat  
 Fastorum series) hominum conceptibus uti, &  
 Quod vero simile est, vel quod contingere pronum  
 (Ut meditaturis tragicum quandoque rigorem  
 Temperet utiliter metrorum grata venustas)  
 Immiscere ; nihil sacris tamen addo profani.  
 Ad nostros iterum profugos nunc pergo. Bienne  
 Exilium passi, satagunt mœrore fugato  
 Abbreviare moras ; Ægypti regna relinquunt,  
 Exsuperant sabulum præruptaque saxa ; revisis  
 Turribus in patriâ lætantur. Nazareth urbem  
 Vix subeunt lassè, vicinia nota reversis  
 Pergit in occursum, meritòque favore salutat  
 Tam gratos reduces : memori sub bile recensent  
 Herodis sævum facinus, paritèrque parentum,  
 Prolibus occisis, luctum, mortemque Tyranni.  
 Ille Tyrannorum finis solet esse : beati,  
 Quòd præ tam multis, quos carnificina suorum  
 Taliter afflixit, jugique dolore fatigat,  
 Infontem puerum rapuistis ab ore leonis!  
 Ingressis propiùs patet alma domuncula, quon-  
 Angelico sancti Gabrielis clara favore ; (dam  
 Evacuata quidem ; mox verò coëmpta supellex  
 Nuda tegit, tandèmq; domûs cultura refloret,  
 Intereà solito tempus Paschale recursu,  
 Quo Solymis celebrant egressum gentis Hebrææ  
 Ex Ægyptiaci Pharaonis nexibus, instat,

Hic Rhodus, hinc salta! cupiunt pia Mater, & ipse  
 Josephus festum Solymis celebrare; sed obstat  
 Quod vix filiolum (quem secum ducere, nullam  
 Consultum ratione putant) committere certo  
 Ex consanguineis possint. Pia Virgo revolvens  
 Quæ sibi præstiterat, cum nondum natus ad  
 Salvator Mundi, miram bonitatem senilis (esse  
 Elisabeth cognata; putat non posse puellum  
 Tutius in quâquam terrarum parte locari.  
 Approbat hæc Joseph: properat sacra Virgo per  
 Quod concernit iter: desertam Nazareth unam (rare  
 Procedunt hilares: præcurrit Jesus; omnia  
 Quam fractas reparant vires, statione Joannem  
 Inclamat, comitemque sibi cupit esse viarum.  
 Inclinata dies lassos adducit in ædes  
 Elisabeth, \* quæ tota sacro succenditur igne,  
 Nescia quem primo, puerum matremve salutem  
 Appressit cordi pupum, fert oscula Matri.  
 Hic erat insignis puerorum lucta: Joannes  
 Solvere corrigiam Domini festinat, & ille  
 Fertur in amplexus, & dulcia basia labris  
 Imprimit; eximium solidi certamen amoris!  
 Interea dapibus subservit mensa: recumbunt  
 Illustres focii, placido sermone revolvunt  
 Omnia

\* Unde Author Sacre Poës. hac & seqq. desumpserit, utrum ex  
 veteri aliqua legenda, an ex proprio sensu, non constat. Favent  
 sententia huic pictura tum veteras tum nova, passim exprimentur  
 Jesum & Joannem vexillum gestantem pueros, cum agnello Pas  
 schali colludentes. Ceterum communior est opinio, Joannem bi  
 mulum in Herodiano infanticidio à Matre fugiente neci subtra  
 ctum, in deserto ex illo tempore mansisse; Elisabeth post. 40. die  
 es ibi obiisse; Zachariam vero tunc capropter à Judæis occi  
 sum fuisse in templo &c. qua tamen partim apocrypha traditio  
 nes partim conjectura in ratione præsertim temporis incerta. Vid.  
 Corn. à Lap. in Matth. 23. v. 35.

Omnia, quæ toto tolerârant tempore triftis  
 Exilii; laudântque Deum pro fine malorum,  
 Elifabeth remanere domi cum prolibus optat,  
 Et folitâ curare fide, quæcunque requirit  
 Sollicitudo piæ matris; precibusque mariti  
 Se commendat. Eunt in ferum tempora noctis,  
 Nec tardata regit reduces Aurora jugales.  
 Tandem Sol oritur, ros exficcat ab agris,  
 Cùm pergunt Solymam: Zacharias presbyter ag-  
 Ducit, & orandi fociis documenta ministrat. (men  
 Post horas aliquot Solymorum tecta videntur;  
 Ingreditur pia turba fores, Templique recessum.  
 Dum puer Ægypto latitat, vetus ille sacerdos  
 Eximitur vivis Simeon; & sola superstes  
 Anna revertentem miro colit ore Mariam,  
 Hanc amat, hanc unam sibi vult sociare patronam.  
 Cur, ait, Infantem non adduxistis in urbem?  
 Nunc timor omnis abest, cessat laniena Tyranni,  
 Post annum, si fata finant, adducite. Verùm  
 Hæc anus insignis, dum cursus vertitur anni,  
 Illustrem meritis vitam clausisse putatur.  
 Ad par nobilium Veterum converte pœsin,  
 Ac in sculpe sacris hos versus Musa sepulchris;  
 His sub marmoreis specubus, cognosce viator,  
 Ossa Prophetarum veterum Simeonis et Annæ  
 Dormitant: Solymis præfens sub carne Redemptor  
 Parte jubet meliore senes in pace locari:  
 Hæc quoq; membra suis animab; juncta resurgent.  
 Paschate transactò Zacharias presbyter urget  
 Ad patrios remeare lares; præcedit, ut antè,  
 Continuâtque viam solitâ pietate precando.  
 Elifabeth forium custos discreta, redire  
 Nunciat absentes: Pueri pro more parentes

Amplexi stringunt avidè, plauduntque, canunt  
 Attolluntque manus solitas in gaudia testes. (que  
 Quæstio mota quidem, sed non resoluta videtur,  
 An Christus nostrâ vestitus carne severo  
 Semper justitiæ monstraverit ore rigorem?  
 Sunt, qui præsumunt, nunquam voluisse, gravatur  
 Pondere nostrorum scelerum, tantisque futura  
 Mortis imaginibus, lætari: credo, quòd ipse  
 Delicias velit esse suas ex corde probatis  
 Filiolis hominum se confociare. Beatum  
 Sub gremio matris lætum jubet esse Joannem:  
 Mandat, ut exultent celebrantes gaudia justis,  
 Ergò hilares sitis pueri, colludite, quamvis  
 Restet utrique gravis multorum pugna malorum  
 Elisabeth Divæ matris lætata revisu,  
 Mactat in obsequium tam magnis tamque coles  
 Hospitibus vitulum; commiscet vina; culinam (d  
 Instruit; & mensam patinis, pro posse, decorat  
 Accumbuntque simul, postquam benedictio me  
 Ritè peracta fuit: prolixa relatio, nempe (C  
 Qualis in Æde sacrâ Solymis devotio, quantum  
 Accursus populi fuerit, gratissima gratis  
 Condimenta cibis tribuebat: ad ista pusilli  
 Gnaviter attendunt, delectanturque relatis,  
 Orantes unâ, si fortè revolvitur annus,  
 Ut sibi sit licitum tantis assistere sacris.  
 Flectuntur tenero Patres Matrèsque rogatu,  
 Adstipulaturi votis, si congrua regnet  
 Auræ temperies, & nulla pericula subsint.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS PRIMÆ  
 INDUCTIO DECIMA.

S. LUCAS CAP. 2.

**E**t cum factus esset annorum duodecim, ascenditibus  
 Ierosolymam, secundum consuetudinem diei festi,

summatisque diebus, cum redirent, remansit puer Jesus in Jerusaleme, & non cognoverunt parentes ejus. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter dici, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inveniētes regressi sunt in Jerusaleme, requirentes eum. Et factum est, post triduum inveniētur illum in Templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. &c.

## SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus completo duodecimo aetatis anno cum parentibus aliisque consanguineis suis Hierosolymam Pascha celebraturus proficiscitur; ibique in suis parentibus remanens, in Templo inter Doctores post triduum repertus tandem cum sollicitis parentibus domum revertitur.*

Quamprimū Virtus Immensa, Deiq; supremi Numen obumbrat divæ sacra viscera Matris Excelsi, Sapiētia splendida Patris, (tris; Verus homo, verusque Deus, perfectus utramque Juxta naturam, gremio Genitricis inhæsit. His tamen arcanis non impediētib; omnes Vidimus in Christo, solito quasi temporis usu, Augeri dotes: pueris discentibus ultrò Fit similis; Solymam, Scribas Legisque peritos Auditurus adit, solidè scrutando profundos Scripturæ sensus illis mirantibus affert. Sic revoluta dies, cum lotus ab æquore Titan Albentes primò radios, roseosque deinde, Denique flammivomos totum dispergit in orbem; Pascha recurrebat, Pharaonis fluctibus hausti, Salvatæque Domûs Jacob memorabile Festum. Ecce meus Solymam comitandi flagrat amore Jesulus; instanter Matrem Patrémque rogando, Ut sibi permittant, solemnia maxima ritu Mosaico celebrare sacrâ Salomonis in Æde. Annuitur votis; conceditur ire, monentur,

Qui

Qui sociabantur, comites: numerosa piorum  
 Nazareth egreditur fociorum turba; precando  
 Aggrediuntur iter, nescitque precatio finem,  
 Sacra quoad Solymæ Salomonis templa subintrent  
 Hic Dius duplicatur amor, quo raptus anhelat  
 Jesulus, ut famulis Domini, Legumque peritis  
 Associatus agat, quæ sunt peragenda; benigno  
 Affatus vultu Scribas super ardua Legum,  
 Audito puero, de Legibus alta loquente,  
 Mirantur Scribæ, Pharisæi, Lege periti;  
 Cujus hic est infans, quærunt, qualique Magistro  
 Utitur? ætatem superat prudentia: quisque  
 Hunc sibi vult jungi; vocat hic, vocat ille, vocant  
 Flexilis ad nutum, responsaque docta reponens  
 Comiter exorat, doceat; se velle doceri,  
 Transactis Festi magna pietate diebus,  
 Externi ad patrios cupiunt remeare penates,  
 Cùmque catervatim cognatio quælibet iret,  
 Abscedunt Joseph & Virgo Maria putantes,  
 Luc. 2. Cum reliquis puerum comitando tribulibus iisse  
 Præterit una dies, abit altera: nullus, ubinam  
 Sit puer electus Jesus, se nôsse fatetur.  
 Hinc dolor invasit timidorum corda parentum,  
 Ergò viam relegunt, amissum flendo requirunt,  
 Pòstque dies ternos Solymis repedando propin-  
 Ingressi templum, Patrum subsellia lustrant, quant  
 Et medios inter Doctores sede potiri,  
 Ac dare plura stupent puerum responsa: seorsim  
 Omnia pensantes, dubio gaudéntque doléntque  
 Affectu: tandem penetrat Dilecta catervam  
 Obstantis populi, lenique redarguit ore  
 Filiolum Mater: quid nobis, optime Fili,  
 Sic agis? ecce Pater tuus atque ego, flendo dolentes  
 Te

Te quærebamus per diversoria passim,  
 Pérque vias: patriam sed nunc comiteris ad urbem;  
 Annuit actutum; placido tamen ore reponit:  
 Quid quærebatis loca per peregrina? Paternâ  
 Nonne necesse fuit Natum reperirier Æde?  
 En ego confestim vobis sociatus adibo  
 Nazareth, & monitis aures accommodo vestris.  
 Redditus ergo suis, patriamque domumque rever-  
 lesulus, hic studio sancti meditaminis usquè (sus  
 Proficit egregiè; Divino munere gratus  
 Omnibus, Hebræi populi lucratur amorem:  
 Qui tamen alterius Messia regna superba  
 Sperantes, illumque rati citò posse subactò  
 Per mera bella suas leges præscribere Mundo,  
 Turpiter imponunt; aliter meliusque locutis  
 De Duce mittendo populique salute Prophetis.  
 Sic equidem Solymis teneri responsa puelli  
 Doctores stupidi stupuerunt; maximus autem  
 Est stupor, auditis visisque haud credere tantis:  
 Solus enim Simeon, & sola anus Anna fidei  
 Pectore crediderant pueri magnalia. Verùm  
 Expectate! dies Domini metuenda propinquat,  
 Nubibus accensis, Terris ardentibus, Orco  
 Eructante globos flammaram: credite certò,  
 Terribilis Dominus veniet, rigidèque stuporem  
 Ulturus, subito Synagogam proteret ictu.  
 Sed, bone mi Joseph, quid agis? reor, usquè labori  
 Sedulus incumbis, faber ortus sanguine Regum,  
 In modicis locuples, in paupertate beatus.  
 Paulatim patrios assumis Christe labores,  
 Auxiliùmque paras, ideo faber ipse vocatus:  
 Et faber es, fateor, celebris; manuùmque labores  
 Sunt Cæli, Terræ, completaque machina Mundi.

Vir.

Virgineum spectemus opus: nî fallor, Abelis  
 Martyrium depingit acu; quandoque recedit  
 Instructura focum, nè lassis fercula defint,  
 It, redit, obsequio facilis: nunc sedula Sponsi,  
 Filioli nunc cura tenet; modò mente relatâ  
 Ad Superos, operi nequaquam defuit ulli.  
 Illa mihi Cœlo domus æquiparanda videtur;  
 In qua tanta viget consensûs gratia: gaude,  
 Quisquis agis placidam simili cum turture vitam  
 Istud iter Solymam, Paschâ redeunte quotann  
 Tunc iterâsse reor Christum, magnûmque fav  
 Conciliâsse sibi, nunquam nisi mira locutum, (re  
 Et licèt humanis Deitatem texerat umbris,  
 Hinc ac inde tamen lucem rutilare sinebat,  
 Subtraxitque statim: quotièsque celebrior act  
 Prodigii potuit Divinas prodere vires,  
 Nè pietatis opus nostræque salutis agonem  
 Impediat, mutando locum se subtrahit: ægros  
 Oblatos sanat raptim, dum præterit illos.  
 Dic mihi, si placeat, positis juvenilibus annis,  
 Quæ tibi Christe fuit ratio, quæ regula vitæ  
 Annis ter senis, demptis puerilibus, Orbem  
 Incoluisse patet; solis tribus abdita legum  
 Et secreta Dei populum docuisse tenemus.  
 Sed què ter senos reliquos transegerit annos,  
 Quæstio trita nimis, facili solvenda labore.  
 Jam priùs ostendi, cur Christus noster amat  
 Noluerit nimis Deitatem prodere signis;  
 Quippe superveniente volens ætate virili  
 Grande ministerium salvandæ gentis adire;  
 Quid mirum, voluisse diù pensare tremendum  
 Hocce vel Angelicis opus importabile dorfis?  
 Addo, quòd in sacris monumentis illa legantur

Si, quæcunque Deus quondam versatus in Orbe  
 Egerit, in veterum fastos congesta fuissent,  
 Inde tot impleri potuisse volumina, quorum  
 Copia sola queat spatiosum excedere Mundum.  
 Hinc reor, exiguo, quo vixit, tempore Christum  
 Plurima virtutum populo documenta dedisse,  
 Plurima signorum; sed perquam multa tegebat,  
 Nè meritum fidei (quod Thomæ casus adumbrat)  
 Evacuent oculi, solis credentibus aptum.  
 Accedit, voluisse suas abscondere vires,  
 Donec ab interitu salvâset funere Mundum.  
 Nullus, ut arguitur, si publica cuncta fuissent,  
 De vero Christi dubitâset Numine: nunquid  
 Dicta Prophetarum, quæ conveniebat ad unum  
 Impleri verborum apicem, viduata valore  
 Turbâssent vano Divina Oracula sensu?  
 Interea puri flos candidus ille pudoris,  
 Decedit Joseph; oculos in morte natantes  
 Occludit Jesus, consolaturque Mariam.  
 Quis reputet, fido sublato Compare, fidam  
 Non doluisse; licet justorum morte peremptum  
 Sciverit, ac Abrahæ sinui pro parte remissum.  
 Marmoreum pectus gerit hic, qui pectora nexu  
 Conjugii sociata, putat, sinè felle doloris  
 Divelli. Certè dilectio vera resolvi  
 Absque dolore nequit; secus hîc qui senserit, errat.  
 Hoc ita conjugium, quod per miracula nexum,  
 Innumerisque fuit jactatum casibus, una  
 Mors, sed difficili junctorum lege, diremit.  
 Hæc quemcunque ferit disjunctio, crede beatos,  
 Quos lex triplicibus Votorum stringit habenis:  
 Hic rarò caditur, citiusque resurgitur; una,  
 Sepositis Mundi curis, hos Regula suavi

Di-

Dirigit impulsu. Felix, qui talia pensat,  
 Súbque juventutis tenero se flore supernis  
 Mancipat obsequiis. Domui, quæ sæpe ruinâ  
 Contra spem quatitur, labefactaturque, fideli  
 Pro fundamento Christum supponat. Abite  
 Ad portum focii! Boreali turbine vestram  
 Hæc quoque tempestas quatiet reditura carinâ  
 Non ideo cecini sacris contraria votis  
 Conjugii, quòd nexa velim disjungere; nolim  
 Hæc mihi sub mentem veniat tentatio: conste  
 Omnibus in Domino permitti nubere: dico, Mo  
 Hæc mihi vita placet, quæ nullo compare gaudet  
 Qui capiunt, capiant: experto crede Ruperto;  
 Crede super Cœli sublato sidera Paulo,  
 Qui mihi consentit, lætatur cœlibe vitâ.  
 His monitis, sancto Joseph specialia vota  
 Facta, jubent sacro superaddere verba sepulchrâ  
 Hoc subter tumulo requiescunt ossa beati  
 Joseph, qui fidus Christi Nutritius, almæ  
 Virginis ingenuus Custos, patiènsque malorum  
 Intrepidusque comes: sed felix, tærque beatus  
 Quòd fuerit tantâ Christo Matrìque Mariæ  
 Junctus amicitia. Morienti brachia Jesus  
 Porrigit, & proavis animam sinè crimine sistit  
 Esto meus, si fata vocant, in morte Patronus,  
 In vivis requies, & in anxietate levamen.  
 Si tua juncta meis exosculer ossa, putârim,  
 Me super eximios Proceres Regesque locandum  
 Indigitat sanctum nobis Ecclesia Joseph,  
 Omnibus in Domino morientibus esse Patronum  
 Hoc quoque sub Christi crescentis tempore, viv  
 Excessit senior Zacharias Presbyter; etsi  
 Hæc aliis melior videatur opinio, propter

Herodi ereptum conservatumque Joannem  
 Cum multis populi Primoribus esse cruenta  
 Morte coronatum. Sequitur pia fata mariti  
 Elisabeth; quorum tumulis inscribo: Viator,  
 Hic in sarcophagis Zacharias dormit, & ejus  
 Elisabeth conjux; ex quorum sanguine magnus  
 Accola Jordanis, Christi prænuntius, Orbem  
 Ingressus sacro clamore replevit eremum.  
 Horum præsidio gaudent, quos lege fidelis  
 Conjugii sociavit amor, tenerosque probatis  
 Moribus infantes formandi cura fatigat.  
 Non est in toto fortuna benignior Orbe,  
 Quàm si conjugibus pro voto talia dentur  
 Pignora, quæ patriæ possint stabilire salutem.

POESEOS SACRÆ

PARS SECUNDA,

IN QUA POEMATE ASCETICO

REPRÆSENTATUR

1mo. Baptismus Christi, & nuptiæ  
 in Cana Galilææ.  
 2do. Magna piscium captura; &  
 primorum quinque Discipulorum  
 vocatio.  
 3tio. Instructio de faciendis elee-  
 mosynis, & modo orandi.  
 4to. Marinæ tempestatis sedatio; &  
 expulsio furiosi Dæmonis.  
 5to. Resuscitatio filix Jairi, aliæque  
 miracula.

6to. Prandium Christi cum Phari-  
 sæis & Legum peritis.  
 7mo. Prædicatio Christi de extremo  
 Judicii Die.  
 8vo. Electio duodecim Apostolorum  
 9no. Resuscitatio filii viduæ propè  
 Naim; & conversio B. Mariæ Mag-  
 dalenæ.  
 10mo. Refectio aliquot millium ho-  
 minum paucis panibus & piscibus  
 iteratò facta.

E

POE-

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
INDUCTIO PRIMA.

S. MARCUS CAP. I.

**I**n diebus illis venit Jesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Joanne in Jordane. Et statim ascendens de aquâ, vidit Cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam descendantem, manentem in ipso. Et vox facta est de Cælis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui. Et statim Spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus & quatuordecim noctibus, & tentabatur à Satanâ, eratque cum bestis, & Angeli ministrabant illi, &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus à Joanne, pœnitentiæ predicante, in Jordane baptizatur, in deserto à Demone tentatur; & Cana in Galilæa primo miraculo, deinde Nazareth & Capharnaümque confugiens, pluribus ibi miraculis se mundo manifestat.

**H**ac ætate suos Zachariæ filius, olim Prodigio patris natus dictusque Joannes Deseruit; cupidusque Deo conjunctior esse, In deserta puer secessit, & accola factus Jordanis, contentus aquâ, paucisque locustis Sylvestrique favo, miseram, si sæcula spectes, Traduxit vitam. Nudus, villoque cameli Pelliceâque super femorum confinia zonâ Accinctus, gravibus fundens præconia verbis Intonat hæc populis: Domino planate viarum Aspera, pro pravis rectos citò sternite calles. Vos quoque, quos scelerum malè conscia vincula gravant, Pœniteat, dignos pietatis reddite fructus: (vârùm) Appropriavit enim Cœlestis gloria Regni. Mystica sylvestri ciet hæc clamantis eremo Vox Solymæ cives, gentes Jordanis, & inter

Judææ populos Scribas, Legisque peritos,  
 Cum Sadducæis Pharifæos: hisce Joannes,  
 Progenies anguina tibi quis prodidit artem,  
 Inquit, ab instanti fugiendi Numinis irâ?  
 Este pii in Superos, commissa piacula vero,  
 Ut bene contritos decet, extirpate dolore.  
 Non mihi Thariadem, pluresque opponite Patres:  
 Ex massâ lapidis valet Omnipotentia summi  
 Numinis electos Abrahamæ producere natos.  
 Arboris admota est radicibus, ecce, securis:  
 Quælibet arbor enim, si fueris fructibus orba,  
 Extirpanda solo, meritum jaciatur in ignem.  
 Vos ego baptizo gelida Jordanis in unda;  
 Sed qui me, multò major virtute, sequetur,  
 Cælesti populos baptizaturus in igne,  
 Tritica pura feret super horrea Cælica, cassas  
 Ignibus æternis paleas comburet, & omnes  
 Projiciet sordes. Fateor me prorsus ineptum  
 Indignumque, viro sandalia solve tanto,  
 Corrigitque pedes. Vix hæc absolverat; ipse  
 Christus adest, pariter cupiens Jordane lavari.  
 Arcet ab incepto Dominum, replicatque Joannes:  
 Quid sibi vult humilis dignatio? justius esse  
 Arbitror, ut per Te baptismi fonte renascar.  
 Estò, refert Christus; baptismi fonte lavabor,  
 Hocque tuis manibus, bone vir! nam taliter omnes  
 Justitiæ partes implebo. Lotus ab undis  
 Surgit, & ecce statim cedunt vaga nubila Cælo,  
 Regia tota patet, delabitur igneus ardor,  
 Spiritus in nivea specie formæque columbæ  
 Insidet occipiti, confortat, lumine replet.  
 Hanc subitam lucem sequitur vox lapsa supernè,  
 Et sonat: Ecce meus dilectus Filius iste,

Matt.  
 3.

E 2

Qui

Qui mihi complacuit. Sed tu pie cultor eremi  
 Dic mihi, quid sentis de Salvatore? reponit:  
 Hæc ostenta mihi, Domino tribuente, dederunt  
 Agnovisse Dei natum, qui, mitior agno,  
 Bajulat à toto commissa piacula Mundo.  
 Hac confortatus Cœli virtute Redemptor  
 Ad loca deserti properans, inibique receptus,  
 Ad sibi propositos operum se præparat actus.  
 Jámque quadraginta vicibus lustraverat Orbem  
 Ignea fax Solis, quando jejunia tanto  
 Tempore continuans, stupefacto Dæmone, tan  
 Esuriit. Dubius tentator judicat, illa (den  
 Humano non posse modo contingere; raptus  
 Hinc ac inde nequit liquidò cognoscere verum.  
 Viderat eximios actus virtutis, & illos  
 Noctes atque dies peragi, jejunia cunctis  
 Præferri dapibus; vitiorum femina nullis  
 Sentiri indicis humanas vincere vires,  
 Hinc ratus ambigux metas imponere menti  
 Sic veterator ait: Si vis genuinus haberi  
<sup>Matt.</sup> Filius Excelsi, sapidos hæc saxa jubeto  
<sup>4.</sup> In panes verti. Non solo pane, reponit,  
<sup>Luc. 4</sup> Vivit homo; sed verba Dei dant robora: sacris  
 Æthereisque cibus hominis pars optima vivit,  
 His non contentus Satanus, mirabile dictu!  
 Educit Dominum voluceri per inania raptu,  
 Deponensque super summi pinnacula Templi,  
 Insidias duplicando refert: Scriptura fatetur,  
 Angelicis Geniis de te data jussa ferendo,  
 Ne fortasse pedem, gradiens per iniqua viarum,  
 Ad lapidem offendas, præceps descende deorsum.  
 Sed pariter tentare Deum, vetat illa, reponit  
 Salvator. Triplicat nebulo tentamina: Christum,  
 Nescio,

Nescio, per quantas Mundi circumferat oras ;  
 Excelsique nimis posito super ardua montis  
 Ostendit, quæ Mundus habet magnalia : dictis  
 Callidus adjungit, Christo se cuncta daturum,  
 Dummodo se veluti Dominum prostratus adoret.  
 Impatiens tolerare diù malefana Draconis  
 Olim fidereis ejecti sedibus ora,  
 Et super ingenii vires spirantia fastum,  
 Hunc abigens Salvator ait: Discede maligne!  
 Pagina sacra docet: Divinum Numen adora,  
 Et subjectus huic supplex famulaberis uni.  
 Hæc, pecus obscœnum redit, ambitione repulsâ,  
 In Stygiam noctem, tenebrasque ferocis Averni:  
 Credo fuisse trucem colubrum, qui proximus esse  
 Æterno Patri voluit, Genitôque remoto  
 Post Patrem Primas, quasi Condominator, haberi.  
 Dæmone proscripto, multoque pudore repleto,  
 Cœlituum numerosa cohors sua debita Christo  
 Exhibitura venit; saturant, recreantque, fovent-  
 Esuriem passum; luco squalentis eremi (que  
 Educunt, ac in Galilææ prata reducunt.  
 Cœpit ibi magno sua dogmata spargere fructu,  
 Acquiritque Deo Regni Cœlestis alumnos.  
 Tunc Galilæorum regionis in urbe Canensi  
 Cognatus quidam Christi celebrare parabat  
 Conjugii lætum pro consuetudine Festum,  
 Quò Virgo Genitrix simul invitata rogabat,  
 Filius ut pariter non dedignetur adesse.  
 Christus ut ostendat, sibi gratos esse propinquos,  
 Obsequitur matri, atque Canam, comitantibus illuc  
 Collectis neo-Discipulis, contendit, ibique  
 Comiter exceptus solemne hoc connubiale  
 Cum neo-conjugibus celebrat. Discreta voluptas

Continuatur; abest levitas, contentio: verum  
 Defectus vini genialia gaudia turbat.  
 Suggestit hoc Nato Mater Divina; reponit  
<sup>Joan.</sup>  
 2. Filius: hoc nostrum non est curare; nec hora  
 Nostra supervenit virtutum signa patranda.  
 Responso contenta monet vigilare ministros,  
 Ut, quidquid Dominus jubeat, redigatur in actum  
 In promptu stabant hydriæ sex: ille ministris,  
 Ut repleantur aquâ, mandat; mandata repente  
 Explentur: mox Christus aquam, spectantibus illis  
 Mutat in excellens vinum: jubet architriclino  
 Ferri, qui gustans neo-nuptis inquit: Ubique  
 Principio meliora quidem dare vina, deinde  
 Deteriora solent: sed vos datis ordine verso  
 Hospitibus vino saturis meliora. Latebat  
 Pincernam facti series; sed postea totus  
 Glorificat Dominum confessus: fama recentis  
 Prodigii dispersa volat per quaslibet oras.  
 Senior hora ferè noctis, convivia solvit.  
 Jungitur his Christus, quorum confortia semper  
 Et conversandi methodum pia facta decorant.  
 Prima fuit Virgo Genitrix, noviterque vocati  
 Discipuli: tali turbâ comitante Capharnaüm  
 Progreditur, peregrè cumulat miracula: surdos  
 Loripedes, mutos, variis languoribus ægro  
 Spiritibus Stygiis obsessos, quidquid in urbe  
 Affligebatur, nullo medicamine sanat  
 Nazareth appellit, mutatâ forte receptus:  
 Principio fervebat opus, Synagoga stupendi  
 Auscultat dictis; ubi cum per sabbata librum  
<sup>Luc.</sup> 4 Legis ei tradunt, ut in hoc ænigmata facta  
 Solveret, Isaiaë recitavit verba Prophetæ:  
 f. 61, Ecce superveniens Domini me Spiritus unxit,  
 Con-

Ac Evangelion proponere misit egenis,  
 Pectore contritos sanare, & solvere vinctos,  
 Confractis veniam, cæcis quoque reddere visum,  
 Propitiumque Dei prædicere Judicis Annum,  
 Justitiæque Diem. Tunc librum complicat ajens:  
 Quæ nunc audistis, per me completa sciatis.  
 Tanta perorantem dubio Synagoga stupore  
 Aspiciens, inquit: quid fabri filius ille  
 Prædicat, obscurâ natus de stirpe? patravit  
 Signa Capharnai; patriotis illa, priusquam  
 Magniloquo de se jactet præconia plausu,  
 Exhibeat. Christus respondet: nemo Prophetes  
 In patria meritis dignatur honoribus. Amen  
 Dico, quòd Elias (cùm Sirius ureret agros,  
 Atque tribus pluvias cohiberet & amplius annis  
 Cælum) complures viduarum nôrit; ad unam  
 Sidoniam tamen est, Domino mandante, Sarep-  
 Missus. Elisæi quoque plures tempore leprâ (tam  
 Ac elephantiacâ scabie tumuere; sed uni  
 Duntaxat Naaman mundari contigit illâ.  
 Hic irâ accensi patriotæ, mœnibus urbis  
 Ejiciunt Christum, ductamque per ardua mon-  
 In quo struxerunt majores Nazareth urbem, (tis,  
 Præcipitare parant de summâ rupe deorsum:  
 Nec factò caruisset opus; nisi lumina nimbo  
 Obscurâsset eis; quâ se caligine tectum  
 Per medios cives subduxit, & ire Capharnaüm  
 Denuò constituit. Res suspectissima *Verum:*  
 Quilibet illud amat, sed quilibet odit; ubique  
 Dicitur esse domi; sed quòd sit nullibi, credo.  
 Christus amans veri, falsique gravissimus osor,  
 Pellitur ex patriâ, quia verum dixerat, urbe.  
 Ergo Capharnaüm, mi Christe, reverteris exul;

Hic Te, speramus, melior fortuna manebit.  
 Ex cathedris Divina doces; miracula cives  
 Attonitos repetita tenent; fert rumor in omni  
 Terras, quòd tandem Messias venerit. Inter  
 Dogmata sacra, virum mandat Synagoga, malis  
 Dæmone correptum, produci; voce tremendâ  
 Tartareus Stentor clamat: Quid perdere tentas  
 Nos, o Sancte Dei (bene notus Dæmoni Christus)  
 Quid tibi nobiscum? sine nos, in pace relinquit  
 Quis sis, unde tibi fit tanta potentia, novi. (gr  
 Increpat hunc Christus: Tace & obmutescere m  
 Et subito egrediaris! humi projectus, ut angu  
 Volvitur, obsessus; prostrato exire severis  
 Imperat ille minis: tandem migrat improbi  
 Omnes perculsi rerum gravitate, rogabant, (hosti  
 Quem dicemus eum, qui talia mira patrav  
 Ejecitque foràs Stygii fera monstra Tyranni?  
 Nemo Patrum majora dedit miracula Mundo  
 Credimus esse Dei missum, magnùmq; Prophetam  
 Plaude Capharnaüm ter fausto fidere plenum  
 Quòd gremio foveas legatum ingentis Olympi

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO SECUNDA.

S. MARCUS. CAP. I.

**E**t præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simonem & An  
 dream fratrem ejus mittentes retia in Mare (erant enim  
 piscatores) & dixit eis Jesus: Venite post me; faciam vos  
 fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti  
 sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Jacobum Ze  
 bedæi & Joannem fratrem ejus & ipsos componentes retia  
 in navi, & statim vocavit illos. &c.

SY.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Iesus Christus post immanem piscium capturam, in discipulos assumit Petrum & Andream, Jacobum, Ioannem & Mattheum: docet in monte octo Beatitudines, atque ad mare Galileum, & in vicinia mysteriosè concionatur.

**E**x patriâ, nuper sicut memoravimus, urbe

Ejectus Salvator amat, præfagia magni

Isaiæ Vatis tandem impleturus, adire

Nephthalin & Zabulon, patrii confinia Ponti.

Isa. 9.  
Mat. 4

Felices populi! mersis caligine mortis,

Æternæ vobis clarissima lumina vitæ

Accensus adest Christus: concurrite cives!

Prædicat ad littus Galilæi marmoris! adsunt

Petrus & Andreas; adsunt quoque patre relicto

Par Zebedaiadûm, resuentes retia. Christus

Navigium Petri, docturus ad Æquoris oras

Adstantem populum, conscendit. Fine sacratis

Imposito monitis, Petrum jubet altiùs ire

In pelagi campos, & retia solvere: Petrus,

Quem Præceptoris Divini concio totum

Moverat, assensum tribuit, replicatque: Magister,

Quamvis præteritæ conatu noctis inani

Tædeat, incassum steriles iterare labores;

Tè perhibente tamen, monitisque faventibus usi,

Prompta relaxantes jaciemus retia: forsan

Nocte dies melior reparabit damna laborum.

Retia jactantur; pisces implere sagenas,

Tantæque captorum sociari copia cœpit,

Ut superimpletas naves propè mergeret ambas.

Tanto prodigio Simon stupefactus, Iesu

Prosternit sese, peccatorémque professus,

Indignam reputat Christo sessore carinam.

E 5

Chri-

Christus amans humiles, inquit: Nolite timere  
 Promittitque viris, mutatâ sorte futurum,  
 Ut non æquoreo capiant ex gurgite pisces,  
 Sed retrahant animas tractu meliore profundi  
 Ex scelerum barathro; sua dummodò jussa sequantur  
 Hæc Christi Domini movet invitatio Petrum,  
 Andreamque Petri germanum linquere navem  
 Et Zebedaiadas, navim cum patre. Beati,  
 Quos ad Apostolicum manus Deus ipse vocavit  
 Nulla dies abiit, quâ non nova signa videntur  
 Obstupuere: fugit morborum turba; juvantur  
 Quos elephantiasis labes probrosa, gravisque  
 Naribus ex olidâ scabie inspirata mephitis,  
 Fecerat exosos, detestandosque: molesto  
 Quem mala membratim noctesque diésque dolent  
 Arthritis cruciat, curatur: dumque negaret  
 Accursus populi languentem sistere Christo,  
 Ardua tectorum scandunt, tabulisque remotis  
 Per patulam mittunt duplicato fune lacunam  
 Ante pedes Domini; quem decumbentis amant  
 Propitium reddunt lacrymæ, veniamque reponunt  
 Cùmque notarentur nigro sua verba lapillo,  
 Consuetâ Christus verbi gravitate jubebat  
 Surgere languentem sanumque recedere, & ecce  
 Exsilit hic lecto; stupefactaque turba fatetur,  
 Se proprio tetigisse Dei magnalia visu.  
 Prætereundo videt, vectigal, Regis in usum  
 Cogere Matthæum, quem vis abscondita verborum  
 Unius, quo Christus eum compellat, ad eum  
 Ut quæ Mundus amat, magno promptissimum  
 Jusserit æternum tanquam fugitiva valere. (audet)  
 Utque decoraret perhonesto munia fine,  
 Lautâ subalternis sociis convivium fecit;

Que

Quis aderat Christus primus conviva, sui que  
 Divini verbi praesentes melle refecit.  
 Displicuit Scribis haec conversatio; culpant,  
 Quod tantus comedat cum tali gente Propheta:  
 Non opus est sanis Medici virtute, sed agris,  
 Christus ait; nec se justos venisse vocatum,  
 Sed peccatores noxarum fune solutum.  
 His quoque Discipulos multum taxantibus inquit:  
 Jejunent alii; dico, minus esse decorum,  
 Ut, dum sponsus adest, socii jejunia fervent;  
 Hoc absente dies venient, & congrua luctus  
 Tempora, materiam multo paritura dolori.  
 Post haec sabbatico Pharisei tempore cernunt  
 Discipulos Christi fata pertransire, fementes  
 Carpere de spicis, extritaque mandere grana:  
 Corripiunt illos graviter; respondet Iesus:  
 Nonne sub Achimelech Mystrarum Principe fa-  
 Esuriens David panes comedebat? & addit: (ros  
 Filius est hominis Dominus, cui sabbata subsunt.  
 Hisque refutatis, dum grandis copia vulgi  
 Approperaret, abit montis super ardua, turbas  
 Discipulosque suos docturus Mystica, dicens:  
 Felices inopes & egeni spirituales;  
 Coelestis quoniam capient haeredia regni.  
 Felices, placido qui semper pectore mites;  
 Retribuetur eis quoniam possessio Terrae.  
 Felices animae lugentes atque gementes;  
 Hasce refrigerii solatia digna manebunt.  
 Felices, sacram sitientes esurientes  
 Justitiam; quoniam votum satiabitur horum.  
 Felices, qui corde pio miserantur egenos;  
 Utpote quos Coeli miseratio certa sequetur.  
 Felices, tenerae quos ornat candida mentis

Mundi-

Mundities ; quoniam Dominum finè fine victos  
 Felices animæ , fraternæ pacis amantes ; (bur  
 Quippe vocabuntur soboles lectissima Divinæ  
 Felices , gravium certamina dura dolorum Et c  
 Qui pro justitia tolerant ; quia jure perenni Null  
 Regna cohæredes Cœlestia participabunt. Litig  
 Discipulosque affatus ait : Vos dico beatos, Extr  
 Si vos persequitur , maledicit & omnia falsa Mofa  
 Invidus adversum vos fingit crimina Mund Conj  
 Talis enimverò tetigit pressura Prophetas. Quod  
 Ergo triumphantes gaudete , recondita vo Alter  
 In Cœlo fors ampla. Salem vos assero Terra spic  
 Sal si tabuerit , quis eum fal condiet ? ultra Erue  
 Nil valet ; unde foràs projectus calce terere Expe  
 Officium lucis modio lux tecta negabit ; Quâr  
 Sed candelabris celsis impôsta vibrabit Cono  
 Fulgoris radios , illustrabitque penates. Nolu  
 Urbs super excelso constructa cacumine mon Quin  
 Omnibus apparet : sic exaltata per omnes Aud  
 Fulgeat anfractus Mundi lux vestra , fidemq Ast e  
 Augeat exemplo , Cœloque rependat honore Per C  
 Nolo paternarum legum sacraria rumpi ; Aut T  
 Implebo potius : totius fabrica Mundi, Aut H  
 Cœlorumque domus citius subversa peribunt Erve  
 Quàm pereat postremus apex de lege, priusqu ossis  
 Omnia finali fuerint impleta labore. Verifi  
 Non imitabimini Scribas , contraria Legi Palio  
 Justitiæque docent ; multò securius ibunt sed p  
 In Regnum Cœleste , meis hortatibus usi Non  
 Audistis vetuisse Patres , occidere quemquâ for  
 Et de jure quidem ; quibus hæc superaddo: reati tu  
 Non caret iratus fratri ; minùs ille , molestus e p  
 Qui nocet alloquio ; minimè , qui scommate læd alter  
 Ho

Hos iracundos exspectat flamma Gehennæ.  
 Hinc si dona paras Divis offerre ; memento,  
 Nè contra fratrem foveantur jurgia : vade,  
 Et compone priùs , quæ sunt contraria paci.  
 Nulla in diffidio Superis oblata placebunt.  
 Litigiis occlude viam , ne fortè severus  
 Extremum jubeat Judex redhibere quadrantem.  
 Mosaicâ Patribus prohibetur lege , sacros  
 Conjugii violare toros ; ego strictior addo,  
 Quòd , quicumque malo fervore libidinis ustus,  
 Alterius thalamo junctam , castamve puellam  
 Aspicit , hanc animo jamtum vitiâsse putetur.  
 Erue , si noceant oculi ; si membra , recide.  
 Expedi , ut Cælo luscus , claudûsve fruaris,  
 Quàm miser æterno properes in Tartara lapsu.  
 Concessum proavis connubia solvere : castam  
 Nolumus expelli , nè forsan adultera fiat:  
 Quia & adulterii reus est , qui duxerit illam.  
 Audistis veteri perjuria lege vetari ;  
 Ast ego præcipio , nunquam jurare , nec ipsum  
 Per Cælum , cùm sit solium sublime Tonantis ;  
 Aut Terram , siquidem pedibus substernitur ejus ;  
 Aut Hierosolymam , cùm sit domus inclyta Regum ;  
 Perve caput proprium , cùm nec mutare capillum  
 Possis ; fit tua vox : est ; non : nihil ampliùs  
 Verificata fati , si sis sincera locutus. ( adde ;  
 Talio priscorum viguit sub tempora Patrum ;  
 Sed præ vindictâ mihi mansuetudo probatur.  
 Non obfiste malis : inimico porrige dextram,  
 Quam si fors maxillam percusserit ille sinistram.  
 Tunicam rapuit , dimitte & pallia. Siquis  
 Te per millenos passus angariat ire,  
 Altera continuò pergens duo millia junget.

Sit

Sit quicumque velit , præcordia pande rog  
 Nec foribus præfige feram , si fortè petant  
 Mutua : perfectæ sunt hæc paradigmata  
 Difficilis labor esse nequit , si diligo amico  
 Interea infestos odio succensus in hostes :  
 Lex nova , quam Mundi populis manifesto ,  
 Offensam , sit magna licet , dimittere non  
 Hostibus ex animo. Quin & sublimius ad  
 Ingenuo vestros inimicos cordis amore  
 Stringite , certantes benefactis ; proque malis  
 Qui vos blasphemant , veniam pacemque ro  
 Ut Patris æterni , Cœlesti habitantis in aula  
 Ingenui fitis pueri ; reprobisque , bonisque  
 Qui facit æqua sui solatia Solis oriri ,  
 Qui pluviam justis , simul & dispensat ini  
 O bonitas immensa Dei ! quis justior illo ?  
 Et tamen injustos tolerat ; patiturque per illos  
 Affligi vario mœrorum turbine justos.  
 Hæc imitandorum sublimis regula morum ,  
 Servat ab interitu justos , confundit iniquos  
 Congregat electos Cœlo , reprobisque min  
 Ignis Avernalis cruciatus. Ergo fideles  
 Discipuli , Mundo meritis ostendite vestris  
 Vos ex Patre Deo genitos , virtutibus uti  
 Quas , ut Divinas , Dominus sibi vendicat  
 Perfecti , sicut Pater Augustissimus ille ,  
 Qui solo astriferos nutu circumvehit orbes  
 Et regit occultas causas , & amabile verum  
 Non ferit injustos , quamvis manus utraque  
 Ardeat , & rapidis colluceat ignibus æther  
 Longanimis , mitisque manet parcendo , malis  
 Expectat reduces , patriisque amplectitur ul  
 Auxiliatrices lapsis , si surgere tentant ,

rog. Supposuisse manus, prompto dignatur amore.  
 tantu Congaudent Superi, si quis, submersus abyſſo Luc.  
 ata v Magnorum scelerum, Domino tribuente profun-<sup>15.</sup>  
 mico Fluctibus emergat. Sapiens patientia Patris: (dis  
 es: Nam totum variis concivibus implet Olympum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO TERTIA.

S, MATTH. CAP. 6.

**T**e autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid  
 faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondi-  
 to; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.  
 Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in  
 Synagogis & in angulis platearum stantes orare, ut videan-  
 tur ab hominibus, &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus Discipulis & audi-  
 toribus suis ostendit modum eleemosynas erogandi, methodum  
 præscribit Cœlestem Patrem exorandi, pluresque honorum ope-  
 rum species, inter operandum miracula nervosè explicat.

**O**mnia, quæ factus scelerum turpissima mater  
 Edidit in lucem (licet in se digna probari)

Matris in opprobrium nigro carbone notantur.

Sic Pharisæorum celebris largitio, vulgo

Notificata tubis, spurcum redolebat odorem

Ambitionis; & hinc meritò discessit inanis.

Quidquid in occulto, Domini solius amore,

Pauperibus dabitur, magnâ, qui grandis abyſſi

Abdita conspectu penetrat, mercede repondet.

Nesciat una manus, quid egenis altera donet.

Matth.  
6.

Sufficit à Divis hæc occultata notari.

Ex simili manat probitas simulata fluente:

Ambit enim vanam perverſus hypocrita laudem

Plebis, & hinc cassis quærit loca publica votis;

Quod

Quod sincera vetat probitas : devotio vera  
 Respuit ambiguos auræ popularis honores.  
 Vir devotus amat, turbâ sejunctus ab omni,  
 Reddere vota Deo ; videt hic abscondita cordi  
 Non eget accensis facibus, rerumque colore  
 Nè sis in precibus nimium verbosus ; amoris  
 Affectu regitur Dominus, redditque favorem  
 Scit, quibus indigeas, & justâ lance requirit,  
 Quæ tibi conducant : brevibus sic ergò precare  
<sup>Matt.</sup> <sup>6. 9.</sup> O Pater omnipotens, residens super astra Polorum  
 Sanctificata colat totus tua Nomina Mundus,  
 Adveniântque tui nobis magnalia Regni.  
 Cœlestes sicut cives tua jussa sequuntur,  
 Sic quoque terrestres tua dirigat alma voluntas  
 Da nobis hodie, cunctisque alimenta diebus,  
 Et dimitte reis offensas, sicut & illi  
 Dimittunt aliis. Noli tentando pusillos  
 Illaqueare : malo potius quoscunque fideles  
 Exonera. Fac, nos hæc confidentia firmet.  
 His precibus necit monitum generale, minant  
 Peccati veniam frustra sperare, vetustum  
 Qui fovet offensæ memori sub corde dolorem  
 Nec vult, ut tristi monstres jejunia vultu ;  
 Sed jubet ornatu solito, vultuque sereno  
 Occultare, piis si quæ sunt præstita Divis ;  
 Certus, quòd vigilans meritorum censor anhelat  
 Compensare suo pietatem tempore. Culpat  
 Omnis avaritiæ conatum ; fluxa docendo  
 Omnia, quæ Mundus tribuit : prudentius autes  
 Thesaurizari pro Cœlo, ubi nulla deinceps  
 Divitias ærugo vorat. Speciosa lucerna  
 Corporis est oculus, qui simplicitate coruscus  
 Quælibet illustrat ; si verò nequiter ardet,  
 Invol

Involvit totum caligine. Nemo duobus  
 Inservire potest Dominis; nolensque volensque  
 Præferet alterutrum: Mammonam namque secu-  
 Nescit amare Deum. Non indagate, relictis (tus  
 Quis nobis victum, quis suppeditabit amictum?  
 Quanta cohors volucrum, quam magna caterva fera-  
 Non ferit, atq; metit, nec portat in horrea fructus; (rum  
 Et tamen abjectis comedit sua pabula curis.  
 Quis campos herbis & amœnis floribus hortos  
 Vestit, & appingit variatim tanta colorum  
 Ornamenta, decus Regum superantia? solus  
 Illa patrat Dominus, qui collucentia Cœli  
 Amphitheatra sacris nostros accendit in usus  
 Ignibus: ergo procùl curarum turbo! ferarum  
 Et volucrum Pastor cunctis animalibus illos  
 Anteferet, quos tanta manus sub imagine vultus  
 Ornatûsque sui pro Cœlo condidit. Este  
 Ingentes animo; certi, quærentibus ipsum  
 Justitiæ fontem primùm, terrestria largâ  
 Adjicienda manu. Pergit sacra dogmata Christo  
 Continuare, quibus fratrum censura severè  
 Omnibus in totum prohibetur: multa minarum  
 Ejicit in tales censores fulmina; certis  
 Pollicitus verbis, temerè qui judicat, illum  
 Judicio parili ferendum. Credite certi,  
 Si nulli parcit vestræ petulantia linguæ,  
 Quid mirum? si vos hæc ipsa tonitrua tangant.  
 Ex oculis noli festucam tollere fratris,  
 Si trabs magna tuos transfixerit: exime primò,  
 Quod nocuit propriis; alienos postea cures.  
 Non date, quæ sacra sunt, canibus, pretiosaq; por-  
 Conculcanda; suo sunt hæc nocitura datori. (cis  
 Qui petit, accipiet; sicut qui perdita quærit,

F

Inve-

Inveniet, pulsansque fores intrabit amicus Ed  
 Quis pater innocuo lapidem pro pane, vel Affe  
 Infanti pro pisce dedit? natura recusat (gu Qu  
 Filiolis aconita dari. Melioribus ardet Qua  
 Affectûs teneri flammis Pater optimus ille, Nec  
 Qui Cœlum, Terramq; regit: dabit omnia vo Qui  
 Dummodò, quæ profunt, sincero corde pet Est  
 Mutua sint hominum solatia; nemo requir Inst  
 A confratre suo, quod ei præstare recusat. Non  
 Hoc leges patriæ mandant, perhibentq; Pro Sed  
<sup>Matt.</sup> Qui cupit ad vitam securo tramite ferri, Eve  
<sup>7.</sup> Eligat angustam, cum sit tutissima, portan Fini  
 Nam spatiosa via est, quæ dilatata perenne Elo  
 Ducit ad interitum, multiq; sequuntur ean Vox  
 Doctores reprobos non admittetis, ovinis Tot  
 Pellibus indutos; intrinsecus esse rapaces Nes  
 Infamesque lupos, mores & vita docebur Nul  
 Non ficos tribuli gignunt, nec spina racem Nul  
 Quælibet ex proprio fructu cognoscitur arb Ex  
 Si mala; succisâ penitus radice meretur Imp  
 In furnum mitti. Non sufficit ore precari, Con  
 Sed decet, ut precibus jungantur corda: vol Injic  
 Exigit illa Patris, finè quâ non posse beari Qui  
 Lex Divina docet. Dictis advertite mentem Aud  
 Dum suprema dies ruptis ex nubibus igner Duri  
 Vibrat, & ex tumulis jubet emigrare sepulta Desp  
 Clamabunt multi: Nunquid per nomina Div Mul  
 Juvimus obsessos? nunquid patefecimus Or Tur  
 Dogmata salvificæ Fidei, populûmque docen Opt  
 Edidimus coram Mundo mirante stupenda Ad  
 Talibus opponens, nunquam me nôsse, fate Cla  
 Mendaces Fidei larvas, & Pseudopropheta Me  
 Ite procul reprobi! procul instrumenta malor Mo  
 A

Edificatoris prudentis munere fungi  
 Affero, qui monitis nostris accommodat aures;  
 (g) Quippe super petram fundata palatia firmat,  
 Quæ nec Hyperboreus turbo, nec aquaticus Auster  
 Nec rapido sternent torrentes impete: verum  
 Qui mea deliro contemnit pectore verba,  
 Est stolido similis, molli qui fundat arenâ  
 Instabilique luto concepta palatia: magno  
 Non opus est Boreæ fremitu, fluctuque marino;  
 Sed levis hæc ventus, vel parvi fluminis undæ  
 Evertunt suffulcra domûs, causantque ruinam.  
 Finito sermone cohors numerosa stupebat  
 Eloquii methodum, seriem, sensumque profundum,  
 Vox insignis erat, penetrantia verba medullas;  
 Tota perorantis frons Majestate repleta,  
 Nescio quæ, sacris addebat pondera verbis.  
 Nullus differuit tantâ gravitate Propheta;  
 Nullus ab excelfo Princeps huc Æthere missus,  
 Ex Seraphim nullus fuit unquam tanta locutus.  
 Imperiosa fuit sacrâ dulcedine mixta  
 Concio, convincens animos, & cordibus ignes  
 Injiciens. Homines felici tempore nati!  
 Qui Salvatorem nostræ sub carnis amictu,  
 Audivêre sacris facientem verba labellis.  
 Durius Alpino fuerit cor marmore, tanti  
 Despiciens tumido vultu documenta Magistri.  
 Multa Capharnaüm redeuntem monte relicto  
 Turba sequebatur; quoniam vix inter eundem  
 Optimus Orator sacræ dabat otia linguæ.  
 Ad bivium positus candenti pelle leprosus  
 Clamabat: Si vis, Davidis o inclyte fili!  
 Me mundare potes! miseri fiducia Christum  
 Movit, ut impositis manibus sanaverit ægrum,

Matt.  
8.

Injungendo simul ; nolit differre secundum  
 Mosaicas leges sacris altaribus illa,  
 Quæ præscribuntur, taciturnus dona referre  
 Filia constantis fidei fiducia, totum,  
 Sit licet iratum, facit expugnabile Cælum  
 Hinc quicumque volet Domino miserante juv  
 Clamet, & inclamet, jungat clamoribus  
 Robur inexhaustæ fidei ; fiducia constans,  
 Non secus ac aries fortissima mœnia, clausa  
 Cælorum valvas humili pietate refringet.  
 Vix ingressus erat turbis comitantibus urb  
 Centurio quidam, Judææ gentis amicus,  
 Pronus adest, Christo referens, in agone fide  
 Luctari servum, tristi sermone rogando,  
 Ut sibi restituat, sublatis febribus, ægrum  
 Tota Capharnai spondet Synagoga, mereri  
 Auxilium ; quoniam Divinis usibus ædem  
 Exstruxisset eis, semperque fuisset amicus  
 Exaudit Dominus constantia vota precantis  
 Pollicitus se velle sequi, febrisque furentem  
 Antidoto celeri præsens extinguere flammam  
 Centurio regerit : minimè sum dignus, ut in  
 Sub peccatoris peregrini tecta ; sed uno,  
 Sufficit, ut verbo jubeas discedere morbum  
 Sum quoque, pergebat, Majorum jussibus ar  
 Obstrictus, pariterque meis obtemperat ag  
 Militiæ : si dico, procul discedite, cedunt  
 Si revoco, redeunt, prompti mea jussa sequunt  
 Hæc Salvatori placuit fiducia, nullo  
 Ambiguo vitiata metu : quapropter eidem  
 Affirmat, servum modò convaluisse. Deinde  
 Ad turbas versus, præconia digna profani  
 Militis exaltat, se non vidisse, fatendo,

Matt.  
 8.

n totâ regione fidem, quæ robore possit  
 Equari solidæ fidei, quâ nixus abiret  
 Centurio. Laudi subjungit verba minarum;  
 Nempe, quòd extremo Mundi pereuntis in ævo  
 ex peregrinorum populorum sanguine multa  
 Millia cum Patribus sint accubitura beatis  
 Cœlorum dapibus; vice versâ multa fidei  
 sanguine nata foràs sint ejicienda sub atras  
 inferni tenebras, ubi nil nisi pessima restat  
 Ac extrema pati, flammisque perennibus uri.  
 Discimus à Christo non solos esse vocatos  
 Ad requiem Domini, Cœlique palatia, natos  
 Ex Abraham; licèt his primâ statione vocari  
 Obtigerit fortuna. Sumus Deitatis imago,  
 Ad Superùm sedes, æternâque Regna creati.  
 Nulla datur regio (seu spectes Solis ad ortum;  
 seu vultum referas, ubi feris mergitur undis;  
 sive rotes faciem versùs glaciale Bootis  
 Imperium, cupiâsque Noti penetrare recessus)  
 Quæ non jure queat Divorum forte potiri.  
 Effigies Divina sumus, de jure vocati  
 Hæredes Regni, quod perdere quisque cavebit.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO QUARTA.

S. MATTHÆUS CAP. 8.

Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum Discipuli  
 ejus: & ecce motus magnus factus est in Mari, ita ut  
 navicula operiretur fluctibus; ipse verò dormiebat. Et accesserunt  
 Discipuli ejus, & suscitaverunt eum, dicentes Domine salva nos,  
 perimus. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? tunc  
 surgens imperavit ventis & Mari, & facta est, tranquillitas magna

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus, reversus Capbar-  
 natim, sanat socrum Petri, multosque alios languentes;

*compescit Maris tempestatem ; & in Gerasenorum finibus  
fessum à multis Damonibus , quos in porcos amandabat  
vacuosè liberat.*

**T**ecta Capharnai Petrus piscator habebat  
 Matt. 8. Decrepitâmq; socrum ; quam vidit febr  
 Christus , & imperio morbi vim sustulit : illa  
 Se levat ex lecto , curâtque domestica. Fe  
 Vespere , dum facibus submersis Phœbus in  
 Occubitum , plures morborum mole grava  
 Adrepunt , gemitûque gravi solatia quaer  
 Hunc torquebat hydrops, illum Phthisis arida,  
 Aut calor, aut algor febrium: nephritidis urens  
 Calculus angebat plures, podagræque tyrannus  
 Hos lepra, vel scabies, vel utrâque malignior  
 Et Satanæ rabies cruciabat : plura malorum  
 Monstra, supersedeo, nimis proponere me  
 Urbs effusa Petri casulam circumdabat, æ  
 Hic exspectabant cupido fervore benigni  
 Egressum Domini ; nisu prævertere nisum  
 Et miser alterutrum, prior hic, prior ille vole  
 Sanari : sicut tenerarum turba volucrum,  
 Dum reducem patulo conspexit in aëre matrem  
 Ire cupit contrâ, fratremque sororcula truce  
 Et cupit esse prior, summoque in margine n  
 Clamat hians, patuloque flagrat prius ore cibum  
 Ædibus egreditur, præstat medicamina Christi  
 Liberat obsessos, quibus injungebat, ut illi  
 A quo sanati, taciturno pectore celent.  
 Vix rubicunda novi Phœbi prænuntia lam  
 Nubibus obscuris roseos insperferat ignes ;  
 Marc. 1. Clandestinus abit, nullo comitatus Achate,  
 In deserta sacer Medicus, precibusque supernis  
 Solicitudinem Patrem. Sequitur post luminis ortu

um sociis Simon Petrus; Dominóque reperto,  
 insinuat, quòd eum cupiant invisere multi.  
 Ae jubet, opponit, suprema vocatio, pagis,  
 Urbibus, & regnis Cœli documenta referre:  
 Hinc opus est placidas Galilæi marmoris undas  
 scindere navigio. Quidam tunc scriba: Magister,  
 Te comitabor, ait, fueris quocunquè profectus. Matt.  
 Christus huic replicat: Suspensa cubilia ramis 8.  
 Cœlorum volucres habitant, vulpecula fossas:  
 Sed mihi non superest, ubi post immensa laborum  
 Tædia triste caput lassâ cervicè reclinem.  
 His Domini verbis interponebat eundo  
 Ex sociis alius: Rabbi concede, priusquàm  
 Te sequar, extinctum patrem decorare sepulchro:  
 Respondens Dominus, defunctos spirituales  
 Defunctum sepelire tuum permitte parentem,  
 Tûque sequaris, ait. Christus perrexit ad Æquor,  
 Ascenditque ratem; socii comitantur, ituri  
 Vincula navigii solvunt, laxantque rudentes, Matt.  
 Carbasa dant ventis; his flantibus itur in altum. 8.  
 In lævo Dominus positâ cervicè lacerto,  
 Ad proram lasso carpebat corpore somnum.  
 Ex improvîso nigris obducitur umbris  
 Æther, emissi coeunt in prælia venti:  
 Impugnat Koreas nimbis hyemalibus Austrum;  
 Vindicat hoc Auster decumanis imbribus; Eurus  
 Irruit in Zephyrum magnis ululatibus; ille  
 Oppositos flatus, iramque reverberat: omnes  
 Æolii fratres dubio certamine pugnant.  
 Franguntur nubes, penetrant per nubila flammæ;  
 Fit nox, fitque dies, quoties fera fulmina rumpunt  
 Obstantes nebulas: fragor intolerabilis ipsas  
 Terrificat cautes; tumidum Mare volvit in altum,

Montis adinstar, aquas; recidunt in Tartara fluctus  
 Cymba misella pavet fyrtes, vada, fulmina, ventus  
 Tollitur ad nubes, rursùmque hauritur abyssus  
 Fluctibus obruitur: misero clamore, saluter  
 Navigii rector desperans, omnia turbat.  
 Continuat Christus tranquillâ pace soporem,  
 Donec ab accursu turbæ pereuntis, ut adfit,  
 Et citò præstet opem, lacrymosâ voce rogatur  
 O modicæ fidei! respondet Christus, inanem  
 Abjicitote metum, fragilem salvabo carinam,  
 Surgit, & extemplò secura repagula ventis  
 Injicit, & pacem furiosis imperat undis.  
 Mira quies pelagi, deponit mite furorem  
 Æquor; & insani spirant clementiùs Austri,  
 Discedunt atræ nubes, sudùmque sereno  
 Lumine conspicuus referat jam Phœbus Olym  
 Ad tempus tacuère viri, magnòque stupore (pu  
 Contemplantur eum, qui solâ voce salutem  
 Reddiderat certò perituris: carbasa ventis  
 Restituunt, placidòque gradu per cærula pergit  
 Ad Gerasenorum fines, terrâque potiti  
 Egrediuntur aquis. Quid nos, mea Musa, doces  
 Hæc Elegia? Deum nostros quandoque dolores  
 Et mala fortunæ, quantumvis proxima summis  
 Exitiiis, spectare; tamen differre juvandi  
 Tempora, quæ posuit supremo in vertice fati  
 Quòd si fortè rogas, quænam sit causa morarum  
 Accipe: vult Dominus, quæ sit fiducia servi,  
 Expectare prius, vultùque probare retracto  
 Si robusta fides, nequaquam deserit, astat  
 In primâ præsens aciei fronte, paratus  
 Auxilium præstare suis. Hinc fidite mœsti:  
 Nemo coronatur, qui non certaverit antè.

Si desperat opem Mundus; pereuntibus affert  
 Suppetias Dominus subitas, præstatque salutem.  
 Vix Gerasenorum Christus pede presserat arva;  
 Occurrebat homo, Cacodæmonis agmine plenus Matt.  
 Incola speluncæ, sævus, furibundus, & audax, 8,  
 Nudus, & immanis, distorto squalidus ore,  
 Faucibus expansis clamabat: Vade retrorsum  
 Jesu Nate Dei! cur nos affligere quæris?  
 Nè jubeas miseros tristem remeare sub Orcum;  
 Sed, petimus, toleres hac in regione vagari.  
 Quale tibi nomen? quærebat Christus: atroci  
 Respondet fremitu, *legio*; quia multus inhæret  
 Corporis obsessi fibris exercitus Orci.  
 Spiritibus mandat Christus discedere: proni  
 Sollicitant Dominum, si spes frustrata manendi,  
 Ut sibi concedat porcos invadere. Magna  
 Sub pede montis erat porcorum copia, campo  
 Pasta virescenti, nemorumque salubribus herbis;  
 Excessisse ferunt numerum bis mille; malignis  
 Spiritibus penetrare suum permittit obesa  
 Corpora: fit rabies, in mutua vulnera sævos  
 Exacuunt dentes, grunitibus aëra turbant,  
 Post grave certamen, rapidis se cursibus omnes  
 In Mare præcipitant: spumosis fluctibus hausta  
 Agmina porcorum pereunt: portenta videndo  
 Pastores trepidant, currunt ad mœnia, facti  
 Eventum dominis narratum. Tota remugit  
 Urbs, & porcorum jacturam quæsta, repentè  
 Excurrunt visum, si facta relatio vero  
 Congruat. Obsessum tranquillo corde sedentem  
 Ad Salvatoris plantas, vacuùmque malignis  
 Spiritibus; porcos super æquora vasta natare  
 Exanimés, stupidi nimio terrore videbant.

Turba reassumptis animi virtutibus urget  
 Astantes, referant, quali spectacula casu  
 Acciderint: seriem cives indagine docti,  
 Supplicibus verbis, ut se, finesque propinquos  
 Defereret, Christum rogitant. Res stulta, salu  
 Æternæ sorti porcos præferre lutosos!  
 Fit tamen assiduò: proprii quid probra reatûs  
 Dissimulare juvat? quoties peritura supernis  
 Antetuli rebus! quoties ad Dæmonis astum  
 Auribus arrectis, Domino prohibente repulso  
 Turpe volutabrum porcorum stultus amavi!  
 Heu quoties cecidi! quoties tua jussa reliqui  
 Divorum Princeps! Stygii figmenta Tyranni,  
 Et quæ Mundus amat, vel quæ caro fœda, secuta  
 Talia sub feris vitæ modò deprecor annis,  
 Non desperando, Domino miserante, salutem  
 Civibus insanis morem gesturus adibat  
 Navigium Christus, cujus vestigia sævis  
 Dæmonibus liber sequitur, bis térque precand  
 Ut sibi concedat comitari. Christus eidem  
 Imperat, ad patrios gressum revocare penates,  
 Et narrare suis, quantâ pietate benignus  
 Inferni domitor se tot tantisque malorum  
 Spirituum monstris hodie solvisset. Abibat  
 Invitus: verùm juxta præcepta Magistri,  
 Quæ sibi contigerant, Divinis laudibus effert.  
 Quisque videns hominem (qui ceu fera bellua  
 Per loca deserti, cautes, & saxa ruebat)  
 Depositâ feritate, Dei magnalia coram  
 Totius regni populis recitare, stupebat  
 Non dubito, quin Christus ei mandaverit, ult  
 Adversus noxas animum frenare lupatis,  
 Virtutumque viam reparato currere nisu.

Luc.  
 8.

Sed Gerasenorum terras, quibus alma salutis  
 Dogmata sponte suâ proponere nuper amabat,  
 Cur vix ingressus, proscripto Dæmone, rursus  
 Deseruit? dubiosa canam; sublimior illa  
 Quæstio, quàm possim brevibus dissolvere metris.  
 Credo, quòd indignam reputaverit esse salutis  
 Dogmatibus gentem, quæ tanti luminis ortum,  
 Ne sibi luceret, stolidè transire rogabat:  
 Immeritis documenta tamen sat firma reliquit,  
 Ex quibus humano poterant advertere sensu,  
 Esse Redemptorem Mundi, magnúmque Monarcham,  
 Qui Mare terrificum, ventorum prælia, grandes  
 Nimborum pluvias, truculenta tonitrua, totum  
 Denique Plutonem constringere possit habenis.  
 Ibat in exemplum, totâque docebat in urbe  
 Tartarei nuper subductus ab ore leonis,  
 Tôtque malignorum spectrorum millibus unâ  
 Voce salutari, factum testante catervâ,  
 Exemptus, quòd eum Christus salvaverit: omnes  
 Præsentes testantur idem; junguntque relatis,  
 Qualiter obsessus Furiarum impulsibus actus,  
 Egressus specuum latebris, & voce tremendâ  
 Lapsus in occursum Christi, clamaverit: Eheu!  
 Vade retrò Jesu! Jesu pie Nate supremi  
 Numinis esto procul! miseris concede benignus  
 Hic remanere! pavor simul & confessio monstri  
 Infernalis erat signum palpabile, qualis  
 Affuerit Princeps Gerasenas visere terras:  
 Talis inauditus cedit? Naclerus adornat  
 Ad Galilæorum fines per stagna recursum.  
 Stabat in adverso Neptuni littore turba,  
 Auxilium exspectans Domini redeuntis; & ibat  
 A Gerasâ ingrata Christi ratis hospita, passis

In

In Galilæorum properando littora velis.  
 O Divine veni contriti cordis amator!  
 Ostia cordis ego sincerâ mente repandam  
 Nobilibus monitis: noli transire! parabo  
 Hospitium, digno cordis penetralia fletu  
 Purificabo, veni! solus mihi sufficis hospes.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO QUINTA.

S. LUCAS CAP. 8.

**E**t ecce venit vir, cui nomen Jairus, & ipse Princeps  
 Synagogæ erat: & cecidit ad pedes Jesu, rogans eum  
 ut intraret in domum ejus, quia unica filia erat ei ferè annu-  
 rum duodecim, & hæc moriebatur. &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, sanata muliere  
 duodenni sanguinis profluvio, filiam Jairi Archisynagogi  
 mortuis resuscitat; duobus surdis auditum reddit; multum  
 Daemonium ejicit; & severâ adscribas & Pharisaos adhorta-  
 tione eorum mores perstringit.

**L**ux sacra, quam temerè regio Gerasena remissa  
 Ad te fausta novo Galilæa revertitur ortu.  
 Felix & nimium felix, si rite lucernis,  
 Quæ tibi præ reliquis terrarum gentibus ardent  
 Utaris! cives Galilæi currite! vestris  
 Ad Mare Salvator turbas hortatur in oris.

Matt. 9. Vir primæ classis, quem Pagina sacra Jairum  
 Luc. 8. Nominat, excelsum Synagogæ Culmen, in urbem  
 Audierat Christum Gerasæ regione reversum,  
 Cùmque venenosâ duodennis filia febrim  
 Tosta, sub extremo traheret luctamine vitam;  
 Ad Mare festinus contendit, ut inde reportet  
 Auxilium Domini pro decumbente puellâ.  
 Vir prostratus humi, multoque dolore repletus

Implorat; Christum, morienti vellet adesse  
 Filiolæ, medicâque manu depellere morbum.  
 Promptus in auxiliis Christus comitatur euntem;  
 Sed dum progreditur, circumflua turba premendo  
 Impediebat iter: mulier permixta catervæ  
 Sanguinis effluvium duodenos passa per annos  
 Accedit propiùs, fidei spe freta, futurum,  
 Ut solus chlamydis contactus triste cruoris  
 Profluvium fanet; subitam muliercula sensit  
 Auxiliantis opem. Christus, licet omnia sciret,  
 Inquit, quis eum tetigisset; magna, reponunt  
 Discipuli, nos turba premit: me fœmina quædam,  
 Respondet, tetigit: mulier turbata timore  
 Exorat facti veniam, queriturque, quod annis  
 Pluribus (expenso, quidquid fortuna dedisset,  
 In Medicos) sperâisset opem; sed semper acerbo  
 Accrescente malo misera evafisset; & orat,  
 Ut quia sentiret languoris dulce levamen,  
 Non dedignetur salvam servare. Magister:  
 Filia te sanam fecit fiducia, vade.  
 Interea, quod sit tranquillâ morte soluta  
 Filia, notificat famulorum turba Jairo.  
 Hæc mala, Christus ait, jubeo, desiste vereri:  
 Sit tibi firma fides, curamque relinque Supremo.  
 Dimissis igitur turbis, comitante Simone  
 Et Zebedaiadis, intravit tecta Jairi.  
 Sed cum plaga recens; & adhuc in vulnere primo  
 Plangeret orba domus, lacrymas suspendere suadet,  
 Dum pupam dormire refert: sed quolibet illum  
 Deridente, statim patrem matremque puellæ  
 Cum tribus his sociis, ubi mortua nata jacebat,  
 Deducit, dicens defunctæ: *Cumi Talitha!*  
 Quod Latio sermone sonat quasi: Surge puella.

Con-

Confestim defuncta movet sua brachia , surgit  
 Ambulat, & vegeto gaudet rediviva vigore,  
 Hanc dapibus refici mandat Salvator, & urget  
 Totius facti seriem celare. Jairo

Profuit alma fides, quâ deficiente careret  
 Auxilio. Nunquid dum nocte dièque fatigo  
 Numina, dum cunctas supplex provolvor ad ara  
 Dum Sacramentum Domini præsentis adoro,  
 Audior? haud quaquam, nisi sit fiducia ducti  
 Post opus eximium, quod non domus una,  
 Admirabatur vicinia, deserit ædes (omni)

Principis Hebræi, cupidus Divina docendi  
 Ad Pelagi fluctus, animarum summus amator  
 Offenditque duos oculorum luce carentes,  
 Hi fidis ducti manibus, post terga Magistri

Matt. Vociferabantur: Davidis maxime Fili!

9. Aspice nos miseros, oculorum lumina præbe  
 Christus inauditos linoquit, dum tecta subisset  
 Tunc accedentes admittit, opemque petentes  
 Creditis ergò, inquit, per me vos posse juvari  
 Dumque faterentur, se credere corde fideli,  
 Quòd sibi nulla manus, nisi Christi, ferre saluten  
 Possit, ad acclines accedit, lumina tangit,  
 Et jubet, ut videant, sicut se credere sponden  
 Dixerat, et subito ciliorum pelle solutâ,  
 Se produnt oculi, radiant, objectaque claro  
 Singula percipiunt visu. Miracula terrent  
 Astantes; & quò Jesus vehementius urget,  
 Ut celentur, eò manifestius illa per omnes  
 Dilatant vicos: hinc publica fama celebrat,  
 His vix dimissis adducunt Dæmone mutò  
 Obsessum. Miris hac tempestate tenebris  
 Obscurata fuit totius machina Mundi:

Ner

Nemo recognoscit Divini luminis ortum,  
 Sed, quasi bubones cæci, miracula Christi  
 Tanta putant nasci Stygiâ genitrice Megarâ.  
 Hinc, cum Salvator Stygium de corpore spectrum Matt.  
 Ejiciens, mutæ solvisset vincula linguæ, 2.  
 Et Cœli Domino grates deferre juberet Luc.  
 Sanatum, bonus ille cliens ex corde Magistri 11.  
 Paruit imperio: sed grex Pharisæicus audet  
 Persuadere suis, non ex virtute Supremi  
 Numinis illa geri; sed quod per jussa supremi  
 Dæmonis ejiceret fictâ virtute minores.  
 Ostendat, si magna potest, miracula soli  
 Adscribenda Deo, dicunt. Ergone (Redemptor  
 Ad populum conversus ait) dissensio, mater  
 Bellorum, Stygii turbabit regna Tyranni?  
 Quæ ratio solidare potest, quod Lucifer Orci  
 Rector, & indomiti primus protector Averni  
 Sæviant in proprias, veluti sua membra, phalanges?  
 Absit hiulca loqui: Cœli virtute repello,  
 Atque Dei digito Stygias extermino larvas.  
 Hinc scitote, sacro Cœlestia regna favore  
 Ad vos salvandos propiùs venisse. Profectò  
 Si vir robustus multis circumdatus armis  
 Aggreditur, superatque virum, tunc victor onu-  
 Prostrati gaudet spoliis, ac diripit arma. (stus  
 Qui non est mecum, contra me militat hostis;  
 Quique simul mecum spicas non colligit, ille  
 Dissipat. Obsessis dum spectra maligna fugantur  
 Artibus humanis, inaquosa per arva vagantur,  
 Anxia quæsitum, loca quæ sint apta quieti:  
 His minùs inventis ad cognita tecta prioris  
 Hospitii redeunt; & dum purgata nefandis  
 Sordibus inveniunt, pejores denuo septem

Assu-

Assumunt secum Furias, ac tecta subintrant, Nam  
 Infortunati, qui tali sorte premuntur! Post  
 Ex turbis quædam verbis attentior, altâ Filiu  
 Voce peroranti respondet fœmina: Certè Cum  
 11. Felix illa parens, quæ te produxit in Orbem, Con  
 Uberibusque suis lactavit! vocibus istis Aspe  
 Auditis subdit Dominus: Quin imò beati, Cord  
 Qui Cœli monitis parent, memorique reponi Delic  
 In fundo cordis solidæ documenta salutis, Vos  
 Auscultemus eis devotâ mente, sodales, Desp  
 Quæ pro Divino nobis solamine Christus Sed  
 Mirâ voce refert, dum prædicat esse beatos, Hoe  
 Quos neque divitiæ capiunt, nec turpia carni Obji  
 Gaudia, nec tumidi splendor titillat honoris, Duri  
 Sed quos Divini recreant præconia verbi. Audi  
 Hæc animis inserta beant; hæc magna bonor Ex t  
 Præmia prognerant: quidquid temeraria no Vos  
 Largiri fortuna potest, hæc sola trophæis Quæ  
 Innumeris superant; sunt cætera fluxa, cadu Expl  
 Ac, velut obscurâ nitidis lampyrides alis Hoc  
 Nocte micant, clarâ disparent luce diei, Desp  
 Monstrantes proprium patefactâ fraude colorem Noli  
 Sic bona se produnt fugiuntque nitentia fortit Obse  
 Mentitâ specie. Procul hinc phantasmata vulgi Spiri  
 Te sequar ô Jesu! tua dogmata sola verebor, Judi  
 Donec ad optatum veniat mea cymbula portu Atqu  
 Accrescunt turbæ; placidoque fluentia cursu Fulm  
 Verba movent populum: sed in ipsos fulmine Innu  
 12. Invehitur Scribas, clamans: ô adultera Patrum (a) Sub  
 Luc. 11. Progenies! quò stulta ruis? vis signa videre Con  
 11. Approprianda Deo? nunquam majora patra App  
 His, quæ post modicum finita tragœdia vitæ Sed  
 Gentibus attonitis referet per climata! Mundi Disc  
 Na

rant, Nam veluti Jonas ex ceti ventre redibat  
 Post tres auroras ; sic vult sub rupe sepultus  
 Filius! Excelsi vacuo remeare sepulchro.  
 Cum suprema dies coram Censore tremendo  
 Constituet populos, durissima, rupibus ipsis  
 Asperiora, queunt hujus confundere gentis  
 Corda Ninivitæ; siquidem monitore Prophetâ  
 Delicti veniam lacrymis, planctûque rogabant.  
 Vos autem Jonâ majorem, corde rebelles  
 Despiciitis, nullo plangendo piacula fletu;  
 Sed procul à monitis surdas avertitis aures.  
 Hoc in judicio vobis Regina Sabarum  
 Objiciet vestram, crimen damnabile, cordis  
 Duritiem: Salomonis enim hæc oracula Regis  
 Auditum venit, longo jactata labore,  
 Ex tam disjunctis Auroræ finibus: atra  
 Vos contrâ caligo premit, spernatis ut illa,  
 Quæ vobis præsens major Salomone Magister  
 Explicat. O rigidum, mens obdurata, flagellum!  
 Hoc illos plerumque ferit, qui sæpe vocati  
 Despiciunt monitoris opem. Dulcissime Jesu!  
 Noli salvificum tantâ caligine nobis  
 Obscurare diem: refove cor, dumque resistit  
 Spiritui sancto, sacris confige sagittis,  
 Judiciûque metu domitos converte rebelles,  
 Atque salutiferis animorum contere petras  
 Fulminibus. Stygii decrescant regna Tyranni;  
 Innumeris verò populis accrescat Olympus.  
 Sub sermone sacro Christi sanctissima Mater  
 Confociata suis, quos suavi nomine Fratres  
 Appellare solet, coram perhibentur adesse:  
 Sed Salvator ait, manibus monstrando fideles  
 Discipulos: Hi sunt, quos arbitror esse sororum

Matt.  
 12.

G

Et

Et fratrum matrisque loco, quicumque fideles  
 Corde voluntatem Cœlestis Patris adimplent  
 Ex hac finali sacræque coronide, magni,  
 Quo Dominus quoscunque probos dignatur, am  
 Copia colligitur: Matri, quam totus amabat,  
 Assimilat cunctos, qui sunt ex corde fideles,  
 Hinc fidamus ei, qui talia signa paterni  
 In nos affectûs toties monstravit: & inde  
 Nunquam, fatalis dum nos vocat Arbiter ur  
 Mordicus hanc fragilem vitam retinere petam  
 Sed Patris amplexu freti conemur abire  
 Promptius, & solidam moriendo acquirere pace

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO SEXTA.

S. LUCAS CAP. II.

**E**t cùm loqueretur, rogavit illum quidam Phariseus, ut pr  
 ret apud se. Et ingressus recubuit. Phariseus aut  
 cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus es  
 ante prandium. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Ph  
 sæi, quod deforis est calicis & catini, mundatis; quod  
 tem intus est vestrum, plenum est rapinâ & iniquitate &

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, à quodam Ph  
 sæo ad prandium invitatus, inter comedendum Phariseo  
 Legis peritorum, & Scribarum vitam & mores acerrimè  
 stringit; mensæque sublatâ, eadem ad populum concionem  
 reperit

**S**e gravibus plerumq; viri, qui vera loquuntur  
 Exponunt odiis: dum Christus amabile verum  
 Prædicat, assurgunt sermonis acumine puncti  
 In rabiem tacitam Scribæ, perguntque dolores  
 Conceptumque dolum blando prætexere vultu  
 Non secus aulæis domuum cariosa teguntur

Ligna, vel informis paries, rimisque pudendus.  
 Ex his unus erat Pharifæi nomine clarus,  
 Sollicitans Dominum, secum pranderet: adeptus<sup>Luc.  
11.</sup>  
 Opportuna vafros culpandi tempora Christus  
 Annuit oblatis: sed cùm pro more lavaret  
 Quisque manus conviva, suas mundare recusat,  
 Adjungitque: Viri, primò purgate profani  
 Interiora sacro cultu penetralia cordis.  
 O insensati! patinas calicésque studetis,  
 Ut niteant placeantque, foris purgare: sepulchra  
 Exteriùs splendent, licèt interiora putredo  
 Occupet. Hæc equidem Pharifæis convenit aptè  
 Mundities: externa quidem virtutis honorem  
 Prætendunt; sed si super interiora severum  
 Dirigis obtutum, vitiorum monstra videbis.  
 Hic injustitias, pingues amat ille rapinas;  
 Hunc regit ambitio, sanctus cupit ille videri,  
 Hic olus & mentham decimat, sed durus egenos  
 Negligit. Excelsas cupitis decorare cathedras,  
 Ornarique stolis, præferri cuique sedendo,  
 Inque salutando deponere culmen honoris.  
 O pudor! ô fallax simulati gloria veri!  
 Dura quidem, sed justa nimis correctio morum.  
 Iste tenor sermonis erat: sed nobile verum  
 Nullibi tuta potest habitacula figere; magno  
 Contemptu, quidquid verum justumq; videtur,  
 Respuitur. Quidam discumbens Lege peritus  
 Respondet Domino: Non sunt tua dicta, Magister,<sup>Luc.  
11.</sup>  
 Vera salus animæ, sed atrox injuria: Christus  
 Hæc scioli temerè censentis jurgia digno  
 Reprimat affatu: Væ vobis! indicat illi,  
 Qui dorsum populi duplicatâ mole laborum  
 Intolerabilium premitis, nec tangitis ipsi

Articulo digiti gravitatem ponderis: ite  
 Ædificaturi cæsis monumenta Prophetis  
 (Quos eheu! Patrum vestrorum dira tyranni  
 Suttulit è medio) prisca mera signa pudoris!  
 Quippe perorabit cruor hic ex marmore vestro  
 Increpitando Patres; quorum vestigia sævi  
 Criminis hæredes scelerato tramite semper  
 Calcâstis: veterum notos exquirite fastos;  
 Et probra cujusvis, lectis annalibus, ævi  
 Explore! dies veniet, quo nulla cruoris  
 Guttula, quam Sancti fudère, manebit inulta.  
 Vindictam clamabit Abel, quem maximus ordo  
 Interfectorum, simili clamore sequetur.  
 Hunc claudet numerum Zachariæ sanguis ad  
 Effusus. Repeto, væ vobis Lege peritis! (ars  
 Per cunctas libuit fraudes impunè vagari,  
 Atque dolis aperire viam, licèt inclyta veri  
 Præstiterit vobis Juris prudentia claves.  
 Hic sciolus tacuit, caupo famosus honorum,  
 Defensorque mali, tacitâque infrenduit irâ,  
 Exspectando ferox vindictæ tempus, apertam  
 Si quam fortè daret veniens occasio causam  
 De nimis austero Domini sermone querendi,  
 Sed Dominus (veluti supremus montis Olympi  
 Vertex, qui nulla temeratus nube, malignis  
 Altior exurgit pluviis, spernitque ruentes  
 Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat)  
 Continuo pergit Phariseos pungere vero;  
 Si fortassè metus, qui muto devorat ore  
 Conscia corda mali, convertere posset iniquos,  
 Non latuit Dominum reprobati cordis acerba  
 Durties; cujus scelerata protervia mater, (vit  
 Fœcundata nimis, quàm plurima monstra crea-  
 Hinc.

Hincque nihil superesse spei; quia spreta salutis  
 Gratia præteriit, Satanæque scelestus obedit:  
 Et licet angatur, redeunte subinde pudore;  
 Attamen in mediis ut Strongylos \*æstuat undis,  
 Nec videt in pleno radiorum lumine Solem,  
 Sed ruit hinc, illinc, Stygiis circumdatus umbris,  
 Dic quæ causa subest, cæcis accendere lumen?  
 Præmonstrare viam reprobatis? discite futura  
 Posteritas; persæpe, licet præsciverit Æther  
 Non fore frugiferum reprobis offerre salutem,  
 Hoc fieri: cur? fortè rogas; ut, quando furoris  
 Plena dies rutilat, cognoscat quilibet, illos  
 Non caruisse suo præmonstratore viarum,  
 Sed proprio reprobos miserè periisse reatu.  
 Lux indeficiens, summi Sapiencia Patris,  
 Æthereumque decus, Jesu dulcissime! noli  
 Cordibus humanis subducere lumina vitæ;  
 Ex quo mors animæ, mors terribilissima, certo  
 Omne subsequitur. Vah detestabile damnum!  
 Quod, licet in lacrymas totus vertatur Atlantis  
 Oceanus, tanto tamen irreparabile fletu,  
 Durat in æternum. Quam dum pronuncio vocem,  
 In venis rigido mihi stagnat frigore sanguis,  
 Cor negat obsequium motûs, spiramina sistunt  
 Pulmonum folles, dubium cum morte duellum  
 Anxia vita gerit. Si tot, quot sidera sudo  
 Apparent Cælo, lustrorum millia finem  
 Obtineant; nondum (quàm formidabile tempus!)  
 Inchoat æternum. Fratres, quemcunque dolorem  
 Finit longa dies, dissolvunt tempora curas;  
 Sed cum longa nimis careat duratio fine,

G 3

In

\* Insula, una Æolidum, perpetuò igne æstuans aliàs Strongylo dicta.

In rabiem totam spem desperatio vertit.  
 Hactenus æternum descripsimus Infernale;  
 Sed modò subjicimus breviter Cœleste, prior  
 Si censenda venit duratio sola, coævum.  
 Heu! quàm dissimili fatorum sorte beatos  
 Hoc; sed in æternum miseros facit illud: oportet  
 Alterutrum nostræ sit merces ultima vitæ.  
 Clauduntur gravibus Pharisæi prandia dictis;  
 Continuâtque suo Salvator munere fungi:  
 Instruit attentos, monitisque sagacibus infusa  
 Ut sibi provideant, Pharisæorumque recuse  
 Fermento spurcare fidem; quia grandis eorum  
 In speciem sanctos corrumpit hypocrisis actus  
 Cuncta revelabit lux opportuna, futuras  
 Sorte palàm variante vices; caligine tecta  
 Ducet in apricum Dominus, dum vertitur ordo  
 Vera loquor fratres; corvumne vocabo columbarum  
 Non docet hoc veterum Divina scientia legum  
 Sed scelerum nævos puris mundare lavacris.  
 Sunt fatui, qui pro certis incerta sequuntur,  
 Et qui pro dubiis, quæ sunt manifesta, relinquunt  
 Calliditas blandâ semper sub imagine ludit,  
 Promittitque favos, aloën infida parando.  
 Omortale lutum! quæ te dementia tardat,  
 Agnovisse tuæ momenta salubria vitæ?  
 Non decet athletam fidei, reboante malorum  
 Fulmine terreri: corpus jugulare valebunt,  
 Non rapient animam, cujus Cœlestis origo  
 Despicit insultus, fatique pericula spernit.  
 Expedit hunc Dominum summâ pietate veretur  
 Qui post elisos humani corporis artus,  
 Æternis animam potis est addicere flammis.  
 Hinc vigilate; Deus non vult, torpere veterum  
 Quos sibi delegit; sed curis atque labore

Luc.  
 12.

Excitat, & segnes veluti calcaribus urget.  
 De minimis est cura Deo, nil spirat in Orbe,  
 Sit res spreta licet, quod non specialiter acri  
 Respicit intuitu: nec vos opus Æthere natum,  
 Effigies Domini, genus immortale, relinquet.  
 Quisquis in hoc mundo sequitur mea iussa, meumq;  
 Humano coram cœtu profitetur honorem, Luc.  
 Hunc & ego coram Cœlesti Patre, sacrisque 12.  
 Spirituum turmis æquo profitebor honore.  
 Sed quicumque, meo despecto nomine, sanctis  
 Diffona dogmatibus sectati, sacra profanant,  
 His patet ad Stygias iter irremeabile pœnas.  
 Sum tamen in cunctos mitis, condono libenter;  
 Et si pœniteat lapsos, peccata remitto.  
 Sed qui Spiritui Sancto blasphema loquuntur Matt.  
 His scelus admissum nullo donabitur ævo. 12.31.  
 Vos super hoc verbo breviter mea Musa docebit: Luc.  
 Omnia Spiritui Sancto peccata resistunt; 12.10.  
 Ast ea præcipuè, quibus obluetamur adeptis  
 De Cœlo monitis; \* ut sunt, *presumere* magnâ  
 De bonitate Dei, scelerumve licentiâ: & omnem,  
 Protinus abjectâ spe, *desperare* salutem:  
*Impugnare* Fidem, documentaque vera salutis:  
 Si fratres in pace Dei charitateque vivant,  
*Invidia* flammis uri: vel more Pharônis  
*Obdurare* Dei sacris cor vocibus: atque  
 De gravibus noxis *nullum sentire dolorem*  
 Contriti cordis. Sunt hæc delicta nefandis  
 Propria Dæmonibus, Stygiâque tegenda palude.  
 Prævideo multos, pergit Salvator iisdem  
 Insistens monitis, cum sit delator ubique,  
 Ad Pharisæorum Synagogas esse trahendos Matt.  
10.

G 4

Ac

\* Peccata sex in Spiritum S.

Luc. 12. Ac fora iudicii ; sed propulsate timorem,  
 Nec turbet vestram responsio danda quietem.  
 Spiritus Excelsi , qui congrua verba salutis  
 Omnibus inspirat , linguarum vincula solvet,  
 Ex auditorum circumvallante catervâ  
 Luc. 12. Interpellato quidam sermone rogabat,  
 Ut jubeat fratrem nuper bona rapta parentum  
 Secum partiri. Christus, cui displicet omnis  
 Fervor avaritiæ, replicat, culpando rogantem:  
 Quis me constituit Rectorem juris & æqui,  
 Aut incompositas dirimendo solvere lites?  
 Subjungitque simul. Quidam prædives agrorum  
 Possessor multis terram vertebat aratris :  
 Hæc, tribuente Deo, fructu ditissima magnam  
 Promisit messem; dives pensabat onustus  
 Ancipiti curâ, quò transferat agmina frugum,  
 Cùm sua, quæ solitam cepissent horrea messem  
 Sint angusta nimis: demoliar horrea, dixit,  
 Ædificaturus granaria grandia; lætus  
 Comportandorum super ubertate bonorum.  
 Jam bene subsistam, dapibus mea mensa scatebit.  
 Sæpius eximios epulabimur inter amicos,  
 Exultando canit: sed mens circumflua luxu  
 Displicuit Domino; quapropter dixit eidem:  
 Stulte, quid insanis? subitis nox passibus instas.  
 Quæ desiderium, studiûmque infringet habendum.  
 Et quis, sollicito quæ sunt congesta labore,  
 Quod gemit in cistis aurum, successor habebit.  
 Larga voluptatem generat fortuna, voluptas  
 Stultitiam: vetitos illi labuntur in actus,  
 Qui nimium affectant. Cur ergò superflua quæras?  
 Et, cùm sufficiant cyathi, cur dolia tanto,  
 Immemor obsequii Superûm, conamine sector?

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
INDUCTIO SEPTIMA.

S, MATTH. CAP. 24.

**V**igilate ergo, quia nescitis, quâ horâ Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret Paterfamilias, quâ horâ fur venturus esset, vigilaret utique, & non fuisset perfodi domum suam; ideo & vos estote parati: quia, quâ nescitis, horâ Filius hominis venturus est &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus continuando prædicationem suam, & Regnum Dei annuntiando, per insignes parabolas hortatur tam discipulos suos, quàm universam auditorum multitudinem ut summâ cum attentione severum extremi judicii diem observent.

**Q**uantus, ut errantes in tuta reduceret agnos,  
Eriperetque lupis, præcordia dulcia Christi  
Inflammârit amor, docet irrequieta laborum  
Prægravium series. Hominum zelosus amator  
Frigora multa pati non detrectavit & æstus  
Solis, & hybernos imbres, transmittere favos  
Oceani fluctus, altos transcendere montes,  
Currere continuo per plana, per aspera gressu;  
Nec dubitavit humi vigiles traducere noctes.  
Quòdque magis gemuit, molémque onerosius au-  
Exantlare simul debebat ubique scatentes (xit,  
E Stygio barathro, Pharisaica probra, procellas.  
Ast velut adversis prudens Nauclerus in undis  
Magnanimo clavi moderamine turgida frangit  
Æquora, nunc rectâ, nunc obliquante carinâ,  
Impiger; & Pelagi Caurique obnititur iræ:  
Sic licet obfistat monitis Pharisaicus ardor,  
Scribarumque dolus; tamen hic furor irritus illum  
Non magis impedit, quàm parvula nubila Solem.  
Continuans Christus solito fervore fideles  
Dogmatibus recreare sacris, contemnere fastum

Conversos docuit; nullo livore teneri;  
 Nunquam spurca loqui; nunquam promissa mori  
 Declinare malos; semper sincera referre;  
 Nec blandam speciem tacitæ prætere fraudi  
 Sed quæ grata Deo, quæ conducentia Mundo,  
 Clâmque palâmque, ioro licet indignante, profari  
 Nè vos cura gravet circa bona temporis hujus:  
 Quæ Mundus tribuit, subitis rapit unguibus ætas  
 Sed quæ Cœlesti fundo nituntur, adinstar  
 Marmoreæ rupis durant, quæ sæpe tumultu  
 Truditur Æolio; sed inani vapulat ausu  
 Quid vos conturbat? dabit omnipotentia Patris  
 Ex Superûm penubus \* bona sufficientia, quando  
 Præcipuo, quæ sunt Cœlestia, quæritis actu.  
 Luc. Si pater œconomus sub Sole cadente reversus  
 12. Ad sua tecta, videt servos vigilare, placebit  
 Matt. Sedulitas reduci: si postea seriùs illos  
 24. Inveniat pariter vigilando tecta tueri,  
 Gaudebit meritò: sed quando novissima noctis  
 Tempora præteritis videt associare, tuendo  
 Ostia, ne fures incustodita sagaci  
 Surripiant furto Domini patrimonia; multò  
 Plus exultabit, summis curâmque fidemque  
 Laudibus exornans Ergo vigilate! supinæ  
 Laurea desidiæ præbetur nulla. Nitescant  
 In manibus vestris accensæ lampadis ignes,  
 Et lumbos vestros strictâ præcingite zonâ;  
 Ut, si per Superos præfixa advenerit hora,  
 Sitis ad instantis fati suprema parati:  
 Una dies nigris abscondita nubibus, omnes  
 Observare docet. Simon ad singula nervum  
 Intendens animi, cupido rogat ore: Magister  
 Quæ tam mirificâ vocum gravitate peroras, V

\* Aliàs Heterocliton,

Vel nos concernunt solos, vel fortè frequentem, Luc.

Quæ nos condense circumdedit agmine, turbam?<sup>12.</sup>

Christus ait: Quidam Dominus dum fortè remotum

Aggrederetur iter, super omnia prædia fidum

Constituit servum, sub conditione severâ:

Si bene tractâisset sibi demandata, profectò

Esse coronandum dignâ mercede; vicissim,

Si malè, plectendum sicut lex æqua requirit.

Post reditum Domini probat exactissimus ordo

Gestorumque fides, commissa negotia seruo

Mutata in melius. Quid jam tibi, Petre, videtur

Evenisse viro, qui sedulitate probatâ

Absentis Domini quæsit commodâ? nunquid

Eximias præter laudes recreatus opimo

Munere, constitui super hæc, et plura meretur?

Sin, quod sæpe solet, servus neglexit heriles

Proventus; aut si fidei sub imagine falsâ

Clâm rapiat fructus, alios malè tractet, edendo

Potandòque sui reditus decoxerit agri;

Hisque superveniat Dominus, videatque sinistro

Eventu cecidisse vices, servumque malignis

Actibus ingentes agri rapuisse labores;

Quid, Petre, promeruit servus nequissimus ille?

Nónne statim censes, hunc, pro gravitate reatûs

Munere dejectum, legum meruisse rigorem?

Quis vocet in dubium? servus qui verberare fecit

Digna, sed ignorans peccavit, pauca subibit

Verbera; sed Domini qui novit jussa, negatque

Obsequium, multis meruit livescere plagis.

Hi, quibus ampla dedit Dominus curanda, tenen-

De lucris amplam rationem reddere; parvam (tur-

Contra de parvis; quâ disparitate remotâ

Orba basi solidâ rueret prudentia juris,

Hæc

Hæc sunt clara nimis, nec sunt incognita vulgæ  
 Communésque minæ cedros humilésque myricæ  
 Percutiunt. Ignem, quem veni mittere, nunquam  
 Ut flammis animos accendat, jugiter opto?  
 Luc. Memagnum remoratur opus, nimitumq; coarctat  
 12. Baptismus, quo, sponte quidem, debebo lavari  
 Pax infigne bonum; sed non sum missus, ut illam  
 Notificem Mundo; res injucunda relatu!  
 Ex sermone meo veniet sejunctio nati  
 A genitore, nurûs à socru; nulla manebit  
 Indivisa domus: sum prægustator amari,  
 In me discordes jaciunt sua spicula mentes:  
 Hic amat, hic odit; sed qui sunt vera secuti,  
 Consolidare queunt, quid quid discordia solvit  
 Ad turbas mox versus ait: Distinguere scitis  
 A sudo nebulas, tempestatemque futuram  
 Ex nimbis, quos Auster agit, non omine laevo  
 Conjicitis; sed quæ vos ignorantia tantis  
 Involvit tenebris, ut aperto lumine Cœli,  
 Quæ spectant propriam, lubeat nescire, salutem  
 Luce repleta dies nitet, acceptabile tempus  
 Vivitur, et bifores Cœlorum Regia valvas,  
 Ut quicumque volet, subeat, vivâtque, repandit  
 Joan. Sum VIA Cœlestis rectissima, Duxque salutis  
 14. 6. VITA beans animam; Divini Essentia VERI.  
 Per me respirat, quidquid prostravit Avernum  
 O Petre! disponit pulchro Deus ordine cunctas  
 Progenies hominum, summisq; subordinat imos  
 Ut populis præeant excultis moribus isti;  
 Hi monstrata sibi virtutum exempla sequantur  
 Estis Apostolici proceres, quos Christus, iturus  
 Ad Patrem, vigiles sacro præfecit Ovili  
 Pastores. Sunt qui modò vestra sedilia grandi  
 Majestæ

Majestate premunt ; horum succendite corda,  
 Ut sibi commissos ad pascua vera salutis  
 Deducant agnos , & pabula sana ministrent:  
 Obsequiosa pios mores imitabitur omnis (Orci  
 Subdita turba : secus ; quantam sub plaufibus  
 Pessima Magnatum facient exempla ruinam!  
 Unumquemque quidem, licet ut Gangeticus ales  
 Phoenix humano loca nunquam pervia gressu  
 Incolat , obstringit Dominus sua jussa tenere:  
 Ast exempla trahunt: nunquam cecidisset Adam,  
 Si prægustatrix mulier frenâisset hiantem  
 Ingluviem. Crebrò Scriptura fatetur , Hebræum  
 Hunc illumve Ducem causâsse piacula gentis.  
 Pastorem sectatur ovis , nec flumina terrent  
 Asperitasque viæ ; præeunti semper adhæret  
 Grex totus : felix , si pascua tuta dedisti!  
 Infelix nimium , si te præeunte peribit!  
 Quod me terrificâ quatit anxietate dolorum,  
 Est ignota dies , quâ sum fortassè vocandus  
 Ad rigidum Christi , nullo comitante, Tribunal.  
 Outinam primo rationis præditus usu,  
 Quando superficiem rerum, non intima, captis,  
 Aspiciens oculis , hærebam in cortice solo,  
 Talia sollicitis studuissem volvere curis!  
 Thebaidos , Christi virtute juvante , recessus  
 Forsitan , aut alios saltus , conviva ferarum,  
 Totior intrâssem. Genialem Cæsaris Aulam  
 Felix Arsenius sterili mutavit eremo:  
 Ipse Quirinales prudens Hieronymus arces,  
 Quò sic liberiùs Cælo Superisque vacaret,  
 Ad Bethlemiaci secessûs claustra reversus,  
 Deseruit. Sed quò raperis pia Musa? referre(rum,  
 Omnes, qui Mundum, cùm sit domus ampla malo-

De-

Deseruere, suo contenti vivere Christo,  
 Est infinitos conari scribere fastos.  
 Ad te, mi Jesu, sacrum converto poemam  
 Invigilare mones, & præcipis esse paratos,  
 Adjiciens causam; quia sunt ignota tremenda  
 Tempora Judicii: monitum servabo, priusquam  
 Ex portu vitæ laxem mea carbasa. Serò  
 Et nimium serò sapiunt, qui puppe soluta  
 Appositis remis, missisque in carbasa ventis  
 Præcipiti cupiunt comites se jungere nisu. (be  
 Hannibal ante fores, nunquam concedit in  
 Subsidium mitti. Martem conscribere, quam  
 Hostis inundat agros, & bella ferocia fervent  
 Est stolidi remorantis opem. Non desere Jesu  
 Conantem tua jussa sequi! fac esse paratos  
 Ante diem mortis, quos exundante cruore  
 Emisti pretio; ne deprædator iniquus  
 Præripiat superis hæc pignora debita Regnis  
 Vos quibus Empyreï super alta cacumina Regni  
 Ad latus immensi datur invigilare Monarchæ  
 Præ reliquis sacra Virgo parens, Michaëlq; super  
 Militiæ Princeps, Cherubim, Seraphimque, beati  
 Illustrésque Dei proceres, primique Ministri  
 Tota Beatorum, quos Cœli Regia cingit,  
 Turba triumphatrix, Stygiis inimica rapinis  
 Auscultate, rogo, nostrisque precatibus auribus  
 Acclinate: sumus, sumus, ah! cogente tremendo  
 Judice, in extremo positi discrimine fluxi  
 Temporis; exactæ nox ingruit ultima vitæ  
 Iudicii fasces crepitant; proscenia morbus  
 Et subducta quies aperit; mens sorte futura  
 Pressa, remetitur fugitivi temporis actus;  
 Et quæ tam multis interlabentibus annis

Adversus Domini præcepta patravit , amaro  
 Deplorat gemitu : furit implacabilis Orci  
 In nos barbaries ; numerat peccata , cupitque,  
 Ut , quia tam carò steterit sibi solus & unus  
 Ambitionis amor , nostris quoque congrua factis  
 Horrisono tonitru quatiat sententia fontes.  
 Eheu!quàm justus timor , & trepidatio nostras  
 Irruit in fibras , animasque exire parantes  
 Verberat assultu nimio. Pia curia Cœli  
 Aspicias hanc luctam ! tantò velocior ergò  
 His succurre malis : in nostrum flecte favorem  
 Judicii libram ; supremi Judicis iram  
 Frange piis precibus ; profliga Dæmonis astus,  
 Inque salutiferæ nos duc consortia vitæ.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO OCTAVA.

S. MATTHÆUS. CAP. IO.

Et convocatis duodecim Discipulis suis , dedit illis potesta-  
 tem spirituum immundorum , ut ejicerent eos , & cura-  
 rent omnem languorem , & omnem infirmitatem. Duode-  
 cim autem Apostolorum nomina sunt hæc : Primus Simon,  
 qui dicitur Petrus , & Andreas frater ejus , Jacobus Zebedæi,  
 & Joannes frater ejus , Philippus & Bartholomæus , Tho-  
 mas & Matthæus publicanus , Jacobus Alphæi , & Thaddæus,  
 Simon Chananæus , & Judas Iscariotes , qui tradidit eum &c.

SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus ex Discipulis suis  
 duodecim Apostolos elegit , qui per univrsam terrarum Or-  
 bem Regnum Dei annuntiant , & concessâ facultate miracula  
 patrândi , eos super providâ conversatione cum hominibus  
 sollicitè instruit.*

Quanta penes Superos vigeat perfectio pulchri  
 Ordinis, eximio vetus & nova Pagina sacræ  
 Com

Comprobata assensu Scripturæ. Hierarchia Cœli  
 Prima est, cui summo, Romana Ecclesia jure  
 Proxima censetur: certè dum singula penso  
 Omnia tam solidis in se sunt juncta catenis;  
 Ut, si de minimo capiam primordia membro,  
 Ascendàmque gradu, sub finem totus in ipsum  
 Authorem Fidei Jesum se colligat ordo.

Nemo refragatur, quòd primum jecerit hujus  
 Structuræ lapidem Christus; sed & insuper ipse  
 Esset ut æternùm basis inconcussa, Simonem  
 Constituit, cujus superædificata lacertis  
 Maxima structuræ moles innititur, instar  
 Marmoreæ rupis. Viget hæc, sempèrque vigebit  
 Donec in extremo Mundi pereuntis agone  
 Associata choris Cœlestibus, auspice Christo,  
 Unicus evadat conjuncto corpore Cœtus.  
 Hunc ut in immensum variis ex gentibus auctum  
 Sisteret æterno Patri, per quoslibet Orbis  
 Notificare parat Cœlestia dogmata tractus:  
 Ad quod Apostolicum munus Bar-Iona vocatur.

<sup>Matt.</sup> Inter bis senos Legatos primus; eidem  
<sup>10.</sup>  
<sup>Luc. 6.</sup> Jungitur Andreas germanus frater: utrumque  
 Par Zebedaiadùm sequitur; post hosce Philippo  
 Bartholomæus adest; Thomæ Matthæus adhæret  
 Jacob Alphæi sequitur, Thaddæus eundem;  
 Tum Simon Chananae adest penultim9: agmen  
 Traditor è Scarioth infausto fidere claudit.

His simul electis super Infernalìa monstra  
 Contulit imperium, & morbos quoscunq; malis  
 Pellere corporibus: vetuitque accedere gentes  
 Et Samaritanos; solas ex sanguine Jacob  
<sup>Matt.</sup> Adduci mandabat oves, illisque, salutem  
<sup>10.</sup> Et Regnum Cœli propius venisse, referrent.

Hoc ob iter fulvo loculos farcire metallo,  
 Et dapibus peras, duplices quoque sumere vestes,  
 Aut quodcumq; gravat, prohibet; spondetq; futu-  
 Ut, quib9 indigeant, prono dent corde fideles (rum  
 Quisquis enim peregrè communia commoda mul-  
 Venerit allatum, stipendia jure meretur, (tis  
 Unde laboriferam possit traducere vitam.  
 In quæcunque aliquis vestrûm castella vel urbes  
 Ingressus fuerit, quærat, quis dignus ibidem  
 Hospita tecta colat, cujus divertat ad ædes,  
 Hospitióque fruens, victúque refectus, ibidem  
 Constante maneat, donec discesserit inde  
 Ulteriore gradu plures invisere gentes.  
 Adjicit hortando; si quædam tecta subintrent,  
 Pacificam domino dicant ex corde salutem:  
 Qui si dignus erit delatâ pace, quiescet  
 Pax super unanimum, multóque favore replebit.  
 Qui vos non recipit, nec dictis porriget aures,  
 Hunc averfari jubeo, reprobúmque repelli:  
 Quippe Gomorrhæos, quos sustulit igneus imber,  
 Cum sua Judicium decreta novissima pandet,  
 Non tantus rapiet sub Avernum turbo furoris,  
 Quant9 eos, qui vos spernunt, pessum dabit horror.  
 Ecce ego vos omnes, velut agnos, mitto luporum Luc. 10.  
 In medium, ductrix in simplicitate columbæ Matt. 10.  
 Vos probitas sincera regat: sed callidioris 10.  
 Sæpe tenebimini serpentis more, sagaci  
 Uti consilio. Mundo confidere, magnæ  
 Stultitiæ genus est: caveat sibi quisque, nefandis  
 Omnia plena dolis! Gaudebit quisque, cruentis,  
 Ut veri doctrina ruat, vos tradere flagris:  
 Sed licet hæc feriant vos infortunia, nunquid (nes  
 Hæc Athleta pavet? nequaquam; spernit, & om-

H

Cal-

Calcat sub pedibus , constanti pectore ,  
 Si premitur virtus , multò sublimior exit:  
 Magnanimis pensanda viris Cœlestia ! soli  
 Non jaëtabimini tanto sub turbine ; scitis  
 Quid mihi contigerit : nec vos decet esse quieti  
 Ritè laborandum , certandum fortiter : ille  
 Grandia lucra feret , faustaëque coronide læta  
 Intrabit patriam , qui sic certando reponit  
 Hoc modicum vitæ. Divini Numinis aura,  
 Spiritus Excelsi , Divina potentia Patris  
 Vos confortabit ; vos ubertate loquendi,  
 Obstreperos inter rictus rabidasque maligni  
 Accusatoris spumas , donabit abundè.  
 Est decumanus ager , spatiosaëque vinea veta  
 Solitudinibus pro posse colenda : cavete,  
 Nè tanti vobis subeant mala tædia cœpti.  
 Immensum trutinate bonum , librate coronam  
 Justitiæ , quæ post superata pericula vestram  
 Canitiem duplici meritorum cinget honore.  
 Primus erit fidei constantia ; magna secundus  
 Sollicitudo , meis impensa fidelibus : illam  
 Justâ lance suo librabit tempore summus  
 Arbiter , & gelidi porrectum fluminis haustu  
 Incompensatum nullâ ratione relinquet.  
 Ite reducturi vacuos pastoribus agnos,  
 Desertosque greges ovium , vestèrque probos  
 Zelus Apostolicus per mundi clima : leprosos  
 Expurgate ; febres extinguite ; corpora multa  
 Exagitata malis Diâ relevate medelâ ;  
 Tartareos Lemures expellite ; morte subactos  
 Ex olidis specubus vivos revocate : fideles  
 Omnibus este : Deo confidite ; brachia vestra  
 Supponet manibus , benedicturusque molestos

Matt.  
 10. 8.

Pensabit magnâ cum fertilitate laborem.  
 Excellens Domini fuit hæc instructio norma,  
 Et conversandi methodus pulcherrima, nostris  
 Non infrugifero successu moribus apta.  
 Est immensa Deus dilectio, totus amore  
 Flagrat, & emissis incendit sæcula flammis;  
 Vultque reassumi, positoque tepore reduci  
 In mentes hominum Divini luminis ignes.  
 Principibus pacem; cunctis Magnatibus æquum  
 Justitiæ cultum; quos fors locupletior auxit,  
 Mollia desertos in egenos pectora; justum  
 Civibus obsequium; qui paupertate premuntur,  
 Cor patiens, solidamque fidem; lapsisq; regressum  
 Omnibus, ut Dominum timeant, studeantq; vi-  
 Legitimè vivendo Dei promissa mereri; (ritim  
 Ore recommendat sancto: talique catenâ  
 Nectere mortales in mutua commoda sensus  
 Ingeniosus amat. Modus acceptabilis, uni  
 Principio, medio, fini conjungere cuncta,  
 Opto reuniri tecum, suavissime Jesu!  
 Si quæ fortè meos seduxit inertia sensus,  
 Culpandusque tepor, patulis infunde medullis,  
 Quidquid amoriferos in pectore suscitât æstus.  
 Quæ Christus docuit verbis, hæc ipsa, quousque  
 Vixit in his terris humana in carne, suomet  
 Præstitit exemplo. Tyronum more ruentes  
 In sacram belli socios eduxit arenam,  
 Dum perrexit eis ostendere, qualiter Orbi  
 Restituenda salus, qualisque modestia tanti  
 Discipulos deceat sectatorésque Magistri.  
 Cùmque triennali spatio concludere tempus  
 Inter mortales proprio sermone docendi,  
 Constituisset; amat, celeri quasi latus ab Euro,

Arva Palæstinæ nativæque regna benigno  
 Irradiare novi Solis fulgore ; jubendo  
 Discipulos , ut , si per atrocia funera magnæ  
 Complevisset opus (cujus ratione , stupendæ  
 Prodigio nostros sese demisit in artus)  
 Perficiant reliquum , fidisque laboribus infestis  
 Auxiliatores successorésque probatos  
 Associare sibi , populóque relinquere Christi  
 Et celeri quamvis Hebræa per oppida cursu,  
 Advenisse Dei Regnum , patefecerit ; illud  
 Dogma tamen tantas radices egit , ut omnis  
 Gens Judæa , suum quasi detestata veterum  
 Evigilare paret ; præsertim quando videbat,  
 Protinùs innumeris solidari dogmata signis.  
 Qui fuerat claudus , gressu pernice movetur  
 Ambulat absque suo cæcus ductore ; leprosus  
 Munditiem nactus gaudet ; sua strata relinquit  
 Æger , & ejectus repetit squalentis Averni  
 Stagna draco Stygius : sed quod præcelluit omnes  
 Prodigii seriem , redeunt ex morte sepulti.  
 Salvatoris opem condignis laudibus omnes  
 Sanati resonant , optant in millia mille,  
 Ut Cælo referant grates , encomia linguas.  
 Hæc Judæa stupet ; nec fama loquacibus alis  
 Illa tacere potest : festinant undique pressi  
 Morborum languore , sacro de fonte salutem  
 Hausturi ; nullum tenuit longæva senectus,  
 Non iter immensum , nec acerbis flatibus Austri  
 Quisque suas optat , fatagítque requirere vires  
 Et tantum Vatem proprio cognoscere visu  
 Contiguæ gentes , licet in squalore morentur  
 Ignoréntque Deum , suspensâ mente timebant  
 Ex Cælo venisse Jovem , delubra vetusta

Ammonis sprevisse palam, veteresque probriso  
 Deposuisse Deos exemplo. Publicus urbes  
 Perculit attonitas rumor; perterruit ipsa,  
 Plusquam nota fides signorum, Tartara. Nofter  
 Conservator amat sub tanto turbine rerum,  
 Cœlesti plures animas acquirere Regno,  
 Et solidare suum, spretis conatibus Orci,  
 Inconculsa super fidei fundamina cœtum.  
 Ex quo progreditur, sicut mea Musa subinde  
 Fufius explicuit, pulcherrimus ordo sacrorum,  
 Quem modò perpetuis viatrix Ecclesia lustris  
 Conservare studet. Certè! sub lumine Phœbi,  
 (Sive resurgentem mediteris, sive cadentem,  
 Sive plagas Austro calefactas, sive rigentes  
 Frigore Riphæi Boreæ) non talis habetur  
 In vero Domini cultu, nec habebitur, ordo.  
 Omne quod à solido seducit tramite veri,  
 Ut violenta solent, non est durabile. Nostra  
 Intemerata fides sumpsit primordia, quantis  
 Turbinibus concussa! dedit patientia pressis  
 Viatrices oleas, tantis successibus amplas,  
 Ut modò, quem sprevit fastus gentilis, & ardor  
 Invidiæ Solymis probrosâ morte peremit, (ret.  
 Pars hominum melior nunc verum Numen ado-  
 Magna quidem, si penso meæ vaga tempora vitæ,  
 Et bona de Cœlo mihi præstata metior, urget  
 Causa Deo grates laudésque rependere; major,  
 Quòd societ me sancta suis Ecclesia membris;  
 Maxima, quòd per eam sit Regna superna merendi  
 Copia facta mihi: felix, quem destinat Æther  
 Hæc ad sacra! tuo ad sanguine Christe redemptis,  
 Continuare viam, quæ recto tramite ducit  
 Post vitæ ærumnas ad pascua tuta quietis.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
INDUCTIO NONA.

S. LUCAS CAP. 7.

**D**einceps ibat in civitatem, quæ vocatur Naim, & ibat  
cum eo Discipuli ejus, & turba copiosa. Cùm autem cu  
appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebat  
filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba civitatis  
multa cum illa. Quam cùm vidisset Dominus, miser  
cordiâ motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accedens  
& tetigit loculum; hi autem, qui portabant, steterunt  
& ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit, qui erat  
mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus prope Naim viduam  
filium à morte resuscitat; apud Simonem leprosum ad mor-  
sam invitatus à Maria Magdalanapœnitente, sub largo lacry-  
marum imbre, balsamo inungitur, & deinde à quodam un-  
ctore super acquisitione eterna vita callidè consulitur.

**U**rbis erat in patriis Galilææ finibus olim, (certè  
Luc. 7. Nomine dicta Naim, quam fœmina, cujus  
Sustulerat nuper gravis inclementia mortis  
Consortem thalami, lugens habitabat; amato  
Ex hoc defuncto susceperat illa probatæ  
Indolis unigenam, fulcrum columenque senectutis  
Quem pia materno complectebatur amore.  
Hic cadit in morbum, cujus vehementia mater  
Dilectum rapuit, luctuque replevit amaro.  
Ut sua miraculis confirmet dogmata Christus,  
Ultrò Naim direxit iter; sub mœnibus urbis  
Fertur in occursum deducti funeris, usque  
Ad viduam digno consolatore carentem,  
Illa trahit gemitus inconsolabilis, astra  
Suspicit, & jugi deplorat funera fletu.  
Hoc Salvatoris præcordia mota dolore  
Auxiliatricem flagrant afferre medelam

Afflicta

JND Afflictæ matri. Jubet, ut processio cursum  
 istat, & ex humeris portatorumque lacertis,  
 manus in aprico positum vespillo revelet,  
 & ibi Ordine disjuncto comitatus solvitur; omnes  
 m autem cumulum coeunt, circumstantesq; sepulchrum  
 ferebant expectant avidi, quæ sit novus ille Propheta  
 a civitate Hoc coram celebri concursu signa daturus.  
 miser Vix adolescentem resupino corpore, clausis  
 t accedat Luminibus, tristi pallore sitique jacentem  
 steterunt Vespillo turbis detexerat, ecce Redemptor  
 qui est Accedit propius, defunctum voce sonorâ  
 æ & c. Suaviter alloquitur, mandatque resurgere: paret  
 im vultu Mortuus actutum; siquidem spiramina, visus,  
 ad m. Et sensus reliqui cursu pernice redibant:  
 rgo lam Exfiliens loculo, se tantis undique cinctum  
 lam vultu Miratur turbis: facto clamore, propinqui  
 (certe) Ocyus accurrunt; benefactorumque, reversa  
 cujus Ex luctus pelago, cum nato mater adorat.  
 is Attonito tremuit circumstans turba pavore,  
 amato Laudavitque Deum, quod jura resolvere mortis,  
 e Dignatus fuerit perfundere. Publica totum  
 re. Hoc opus eximium referebat fama per Orbem.  
 a ma Princeps Herodes cum totâ concitus aulâ, Luc. 9.  
 naro. Ardebat tanti Vatis cognoscere vultum:  
 stus, Sed velut indigni, dedignabatur amator  
 urbis Virtutis, faciem mœchi subiisse Tyranni,  
 s que Se subducendo turbis, alibique docendo.  
 Inter mundatos Christi virtute leprofos  
 Vir præclarus erat; Jurisprudencia summis  
 Hunc Phariseorum cathedris adscripserat: ejus  
 Nomen erat Simon, dictus de tabe leprosus.  
 Qui Christum, quoties occasio præstitit ansam,

Comiter exceptum sincero corde fovebat,  
 Cùmque die quâdam Cœlestia pabula multis  
 Millibus externis sacro sermone dedisset,  
 Luc. 7. A Simone pio fuit invitatus ad escas:  
 Sub finem mensæ, mulier compuncta severa  
 Hortatu Domini, fluidis ingressa capillis  
 Accumbit Christi pedibus; lacrymisque rigatis  
 Crinibus abstergit; tersis opobalsama multo  
 Affundit gemitu. Simon carpando sinistrè,  
 Quòd peccatrici permetteret ungere plantas,  
 Incepit dubitare super virtutibus uncti.  
 Christus, ut occulti scrutator pectoris, inquit  
 Pauca tibi, Simon, habeo proponere: binos  
 Contraxisse ferunt difformia debita cives;  
 Unus enim parvum, magnum contraxerat alter  
 Creditor ambobus dimittit debita: Simon,  
 Quid censes, à quo magis hic mereatur amari  
 Respondet Simon: Ab eo, cui plura remisit.  
 Opportuna refers; respondet Christus eidem  
 Me suscepisti; sed non fuit ullus in æde,  
 Qui præberet aquam pedibus, plantasque lavare  
 Hæc verò mulier, Simon, quam conspicias, ecce  
 Ultrò meos calido lacrymarum fonte rigavit,  
 Absterfitque pedes propriis gemebunda capillis  
 Tu me suscepto nec labris ulla dedisti  
 Oscula; sed pedibus mulier dedit ista rigatis  
 Basia mille meis, sinceri signa doloris:  
 Me non unxisti nardo, nec aromate lassum  
 Affictumque caput recreasti: fœmina verò,  
 Quam temerè culpæ, redolentia balsama magis  
 Affudit pedibus pretii. Quæ singula causant,  
 Ut quæcunque, licet sint multa, piacula flectant  
 Huic peccatrici, tanti commotus amoris

Igre

Ignibus, extinguiam: mox versus dixit ad illam:  
 Cuncta remittuntur tibi crimina, salva recede;  
 Nam tua viva fides salvam te fecit. At ecce!  
 Quos dubius Simon simul invitaverat, ægrè  
 Verba, remittentis Domini peccata, ferentes  
 Intra se dicunt: Solus delicta remittit (porem,  
 Omnipotens; quid verba crepant? Removete stu-  
 Filius Excelsi loquitur, quem nulla facultas  
 Deficit, & cunctas potis est extinguere noxas.  
 Nobilis à patriâ, cui nomen Magdalon, arce  
 Magdalis hæc mulier cognomine dicta (Redemptor  
 Septenos ab eâ Stygios proscripserat angues)  
 Nec non magnifici conjux gratissima Chusæ,  
 Qui Procurator grandisque Minister in Aula  
 Tetrarchæ fuit Herodis, Susannæque dives,  
 Et plures aliæ, quas per sua dogmata Christus  
 Ad vitæ frugem, Fideique reduxit Ovile,  
 Hæc post ex propriis opibus stipendia Christo  
 Larga ministrabant. Quærit Rex ditior Orbis  
 Ipse stipem, nos ut doceat tolerare laborem,  
 Esuriemque pati. Jesu pauperrime! noli  
 Divitiis cumulare tuos; nisi junxeris ultrò  
 Munifici cordis, seu compatiens amorem.  
 Post hæc tentator quidam Legumque peritus Matt.  
 Calliditate vafrâ simulans, quasi nesciat, urget 22.  
 Ex Domino novisse modum, quo præmia vitæ Marc.  
 Eternæ possit lucrari; Christus eidem, 12.  
 Quid Scriptura docet? comi bonitate reponit: Luc.  
 Hæc, tentator ait, super omnia mandat amare 10.  
 Divinum Numen; quo factò, postulat omnes  
 Proximitate mihi conjunctos pectore toto  
 Complecti. Rectè dixisti, hæc ritè sequendo  
 Eternæ poteris lucrari præmia vitæ,

H 5

Ref-

Respondet Dominus: tentator callidus instat,  
 Iustificare volens, se talia jure rogâsse;  
 Cùm nimis obscurum, nec in ullâ lege repertum.  
 Quis meus in tantis videatur proximus esse.  
 Lex Domini peramare docet quoscunque propin-  
 Non illos solum, quos nobis sanguine junxit (quos  
 Fortuito natura gradu; meus esse propinquus  
 Censetur, quicumque meo, quicumque meorum  
 Indiget auxilio; respondens subdit Iesus:  
 Luc. 10. Vir Solymæus adit Ierichunta; sed inter opacos  
 Sylvæ lucos trucium stabulata latronum  
 Turba, virum nullo munitum robore furtim  
 Aggreditur, miserum spoliat, multisq; cruentum  
 Vulneribus mediâ luctantem in morte relinquit  
 Hæc iter instituit Solymæus Mysta, sequente  
 Levitâ; verùm moribundum transit uterque,  
 Nec consolatur: tandem concessit Olympus,  
 Ut Samaritanus per eosdem vectus opacos  
 Frondosi nemoris saltus conspexerit ægrum:  
 Hic miserans descendit equo, solatur, et omnes  
 Impendit curas, ut conservetur egenus:  
 Abstergit tabum plagis, oleoque medetur:  
 Mentis ab excessu reducem, tremulumque caballo  
 Imponit, ducit cautè, retinetque caducum,  
 Cùmque viderentur læso decrescere vires,  
 Portat in hospitium; reficit potique ciboque,  
 Discedensque rogat cauponem, vellet habere  
 Languentis miseri curam; pretiumque laboris  
 Prænumerat, spondens, si fortè requireret ægrum  
 Conditio plures sumptus, se velle reversum  
 Omnia languenti bona præstata solvere largè.  
 His dictis, rogitat Christus: Quis proximus illi  
 Inter latrones lapsò statuetur, amabò?

Respondet sciolus: Puto, quem clementia movit  
 Suppetias afferre viro. Verissima dicis,  
 Hæc imitaturus vitam lucraberis, inquit.  
 Hæc doctrina monet miseris succurrere, multis  
 Larga manus Domini concessit multa: profectò  
 His simul incumbit largiri multa; sed illis,  
 Quos non respexit tanto fortuna favore,  
 Pro modulo modicum: quod fors inimica negavit,  
 Hoc supplet sincerus amor. Meminisse jubemur  
 Istius viduæ, Solymis quæ bina minuta Luc.  
21. 2.  
 Intulit in gazam Domini; sed iudice Christo  
 Omnibus oblati hæc munificentior illam,  
 Ad quam suspiro, mercedem digna recepit.  
 Continuo multi veniebant iussa rogatum,  
 Quid sibi præ reliquis faciendum mandet, ut inter  
 Electos Cæli cives, animasque beatas  
 Connumerarentur. Juvenis, quem gratia Mundi Matt.  
19.  
 Fecerat eximium, fulvòque repleverat auro, Luc.  
18.  
 Intererat turbis responsa rogantibus; illi  
 Christus ait: Vitam si vis intrare perennem,  
 Observare Dei semper mandata, memento.  
 Illicò respondet juvenili promptior ausu:  
 A puero mandata Dei mea norma fuerunt,  
 Nec contra legem me culpa redarguit. Ergò,  
 Opposuit Christus, si te perfectio vitæ  
 Et sublimis amor trahit altiùs, omnia vende,  
 Quæ fortuna tibi concessit largiter; ecce  
 Innumeros durâ sub paupertate gementes!  
 Auxilium rogitant, extendunt brachia; donis  
 Accumulare manus inopum, Cælestia tutus  
 Quærendi modus est; si feceris istud, habebis  
 Thesaurum in Cælis; & adesto, meque sequaris.  
 Consilium hoc Domini de venditione bonorum

Affi-

Affixit tacito pectus juvenile remorsu:  
 Anteferebat enim peritura perennibus; illa  
 Immodicè, quæ fors casu largitur, amando.  
 Hunc animi luctum sublimi mentis ab arce  
 Despiciens Dominus, vultum removebat, in illa  
 Acriter invectus, qui deficientia Mundi  
 Præponunt Superis; hos æquiparando camelis  
 Sicut enim netricis acûs hæc bestia grandis  
 Exiguum nunquam poterit transire foramen;  
 Sic quoque divitiis & Mundi rebus onusti  
 Non poterunt unquam Cœlorum Regna subire  
 Excludit terrestris amor Cœlestia; nullum  
 E contra, quem cura Deo Divisque placendi  
 Exstimulat, terrena trahent. Pars maxima Mundi  
 Prò dolor! immodicis affectibus ebria vivit:  
 Hincque graves magnosq; viros, famâq; verendos  
 Contingit labi. Ratio lux una Sophorum,  
 Dum caret adjuncto fidei fulgore, nigrescit.  
 Ergò meo Divina fides illabere cordi!

POESEOS SACRÆ ET PARTIS SECUNDÆ  
 INDUCTIO DECIMA.

S. JOANNES CAP. 6.

Cùm sublevasset ergò oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Ut de ememus panes, ut manducent hi &c. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergò Jesus: Facite homines discumbere &c. Discubuerunt ergò viri numero quasi quinque millia. Accepit ergò Jesus panes, &, cum gratias egisset, distribuit discumbentibus &c. Ut autem impleti sunt, dixit Discipulis suis: Colligite fragmenta &c. Et impleverunt duodecim cophinos

SYNO-

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Iesus Christus primò quinque millia hominum quinque panibus, & binis piscibus; secundo autem septem panibus & paucis piscibus quatuor hominum millia, hoc pabulo per miraculum multiplicato, saturat; & multa de sacrosancto Corporis sui edulio mysticè concionatur.

**N**on animas solùm, verùm quoq; corpora pavit Christus, & apposuit, præter sacra pabula verbi, Millibus, esuriem passis, alimenta ciborum.

Maxima transgressum Galilæi marmoris undas Turba sequebatur; propriis aspectibus alta, Quæ Divina manus faceret, miracula visum, Auditumque, suos quo pasceret ore clientes.

Post Maris emensos fluctus, super ardua montis

Discipulis stipatus abit; sed cominùs ingens (pum

Agmen adesse videt, quod contemplando, Philip-

Appellat, quærens, quid iudicet, unde ciborum

Copia, quæ tantam possit saturare catervam,

Desumenda: fidem voluit tentare Philippi;

Ipsè sciebat enim, quæ mox patrare volebat

Signa. Philippus ait: Nummos haud esse ducentos

Sufficiens pretium coëmendis panibus, unde

Tam numerosa queat saturari turba. Sed inquit

Andreas frater Petri Simonis, adesse

Hic juvenem, quinos panes, binosque ferentem

Pisciculos: certè! paupercola portio, tantos

Inter mortales nihil effectura cibandos.

Sed tamen ad Christi nutum discumbere sæno

Discipuli cunctos faciunt; cùm panibus ille

Pisciculisque sacro benedicens suspicit ore,

Partiturque cibum: capiebant, quanta volebant;

Et saturabantur (res admiranda relatu!)

Millia quina simul: siquidem dum dextera primo

Ero-

Erogat ad libitum sumentis, larga secunda  
 Portio succrescit demptis; sic tertia: dem  
 Se generante penu saturatur copia tanta,  
 Ut reliquis adeò duodenas turba videret  
 Impleri cophinos fragmentis. Dúmque rem  
 Applausu strepero montis vicinia, Christus  
 Discipulos iussit conscensâ nave præire  
 Trans pelagum, donec turbas dimittat; &  
 Excedens turbis tacitè, lucóque receptus  
 Montani nemoris, latitat, ne fortè revisum  
 In se prouerent subitò, Regémque crearet  
 Sol iuit cubitum, noctisque faventibus un  
 Saltibus exivit Dominus, comitésque secuta  
 Ad Mare, conspexit dudum soluisse carinas  
 Trigintâque solo stadiis distare; ferique  
 Bellantes inter luētari Marmoris æstus.  
 Hos consolatum, gradiens super Æquoris unda  
 Per varios venti strepitus sævasque procellas  
 Insequitur ficcis pedibus; quem fortè vident  
 Discipuli extimùere, rati, se cernere spectru  
 Cúmque exclamarent, horrorem ponere Je  
 Suaviter acclamat, nullum phantasma vident  
 Sed se, dimissis turbis, remeare Magistrum  
 Ad Dominum prompto Simon Petrus ore profat  
 Instantérque sibi rogat indulgere, veniret  
 Per Maris irati luētantes obvius undas;  
 Occursum fido permittens Christus amanti,  
 Ardori fidei generoso laxat habenas.  
 Exfilit aētutum navi veteranus amator;  
 Fluctibus infistit firmo pede; pergite eundo,  
 Ac si calcaret solidi tabulata metalli.  
 Cúmque nimis validè vehemens insurgeret Auf  
 Inciperentque pedes Simonis gurgite mergi

Matt.  
 14.

Concutitur subito terrore, rogatque benignam  
 Salvatoris opem; qui subveniendo, cadentem  
 Erigit, et fidei modicæ simul arguit illum.  
 Ascendunt puppim, ponuntque ferocia bella  
 Æolii fratres; convectorésque phaseli  
 Talia spectantes, Divinum Numen adorant. Matt.  
14.  
 Profecti plenis veniunt ad littora velis;  
 Anchora mordet humum; Gennesare fama reve-  
 Advenisse virum, qui tanta patrâisset ubique (lat,  
 Admiranda: velut per classica plura vocati  
 Undique conveniunt ægroto corpore pressi,  
 Suppliciterque rogant vestitus tangere limbum,  
 Confisi Domino, tali medicamine sævam  
 Morborum rabiem sedari posse: fidelis  
 Præstitit auxilium faustis successibus Æther:  
 Nam quicumque sacræ tetigerunt extima vestis,  
 A languore suo sani lætique redibant. Joan.  
6.  
 Cùmque Capharnaüm rediisset, turba rogabat,  
 Quo vectore freti fluctus transgressus, adesset?  
 Non huc confluitis, replicat, nova signa videre;  
 Sed quia vos gratâ panum dulcedine pavi,  
 Fercula, quæ pereunt, investigare recusat,  
 Qui cupit Æthereis saturari panibus. Ecce  
 Me Cæli panem! quemcunque refecero, nunquam  
 Amplius esuriet; nec, qui mea dogmata servat,  
 Ulteriore siti poterit flagrare. Remandit  
 Hæc Pharisæorum circumstans cœtus, ad instar  
 Aprorum, qui sæva suos in prælia dentes  
 Exacuunt, terréntq; feris grunitibus hostem. (lus,  
 Christe tamen pergis contemnere murmura; nul-  
 Ingeminas, poterit, nisi quem moderator Olympi Joan.,  
6. 44.  
 Traxerit ille meus Pater, in me corde fidei  
 Credere; & expleti post sæcla novissima Mundi

Hunc

Hunc ad perpetuam mandabo resurgere vita Adj

Hæc, quâ carne tegor, cibus est verissimus Beth

Qui rubet in venis cruor, est certissima vita Litt

Potio; qui fruitur dignè saturatus utroque Salv

Perpetuo mecum remanebit fœdere junctus Illin

Joan. Dura videbatur propriis hæc concio Christi Ille

6. 61. Discipulis, ideoque palàm pars magna rece Circ

Sed duodenorum numerus constantior: unu Huc

His tamen intererat, Christo notissimus, atr Myo

Dæmone deterior Judas, cognomine dictus Agg

Iscariota, Dei famosus proditor Agni. Cura

His Christus: Cur non, reliquis abeuntibus, & Prod

Me quoque deseritis? respondet Petrus, am Prom

Insignis Domini: Te credimus esse Tonant Tran

Unigenam, de quo tot, convincentia nostru Casa

Vidimus attoniti testes miracula, captum. Dicit

Matt. 8. Præmisso similem nobis sacra Pagina casum Te m

Exhibet, in sterili dum Christus pascit erem Pars

Piscibus exiguis, & septem panibus, ultra, Maxi

Ut Scriptura docet, bis millia bina virorum. Hos

His opportunè pastis, ascendit in Æquor Respo

Discipulis comitatus; agit propensior aura Filius

Dalmanutha ratem; Phariseos concitus urget (qui Adm

Rumor in occursum: sed dum mera signa, pri Discip

Admittant sacræ fidei documenta, requirunt Notif

Deseruit fatuos, tradens sua carbasa ventis. Mox

Marc. 8. 14. Et quia Discipulos pro victu cura fefellit, Displ

Dum festinarent latas super Æquoris undas Et qu

Defectum serò capiunt, nimumque querunt Marty

Advertit Christus curas, quæ corda premebant Infero

Hinc conturbatos animo jubet esse quietos, Ad qu

Et memores, modico quot nuper pane duab Vade

Distinctis vicibus saturâset millia. Sacris Nec f

re vit Adjiciunt animum monitis, intérque loquendum Marc.  
 mus Bethsaidam veniunt: vix anchora jacta momordit 8.22.  
 a vita Littora, producunt oculorum luce carentem.  
 roque Salvator sputo deperdita lumina cæci  
 nctus Illinit, inquirens, si quid sublustre videret.  
 hristi Ille refert: Video visu titubante, moveri  
 a rece Circumagiq; homines, tanquam si turbine Caurus  
 : unu Huc illuc arbuta quatit: Christusq; secundo  
 s, atro Myopi contactu totam conferre salutem  
 dictu Aggreditur, plenumque refert in lumina visum;  
 Curato indicens simul alta silentia facti,  
 us, & Prodigiumque, novus ne rumor concitet urbem,  
 s, am Promulgare vetans Signi virtute patratâ,  
 onant Transfit ad hanc urbem, quam struxit honore Phi Matt.  
 nostru Cesaris; & tempus sacro sermone fefellit. (Iippus 16.  
 um. Dicite, quem Mundus me judicat esse? rogabat Marc.  
 asum Te modò Baptistam pars judicat esse Joannem; 8.  
 erem Pars putat Eliam raptum rediisse; Prophetam Luc. 9.  
 ultra Maxima pars credit. Sed quæ præponderat inter  
 rum. Hos sensus varios sententia? dicite: fidus  
 r Respondet Bariona: Scio, quòd ab Æthere missus  
 ura Filius excelsi sis, Chrismate Numinis unctus,  
 et (quæ) Admisit Petri Præconia Christus, eundem,  
 , pri Discipulosque suos hortatus, talia nulli  
 irunt Notificare. Viam consumpsit, plura loquendo  
 tis. Mox instante sibi de tempestate dolorum,  
 llit. Displicuit Petro series inamœna futuri;  
 ndas Et quasi culparet Dominum super omine tanti  
 erunt Martyrii, quod voce queat propellere, multa  
 meba Inferuit nimio Christi succensus amore:  
 etos. Ad quem conversus tristis suspirat, et inquit:  
 duab; Vade retrò, Satana, faciens mihi scandala, summi  
 s Nec sapiens decreta Patris, superantia captum

Totius Mundi. Tum gressum sistit, & inquit  
 Ad reliquos: Quicumque meus cupit esse sodas  
 Se sibi, se Mundo, et cunctis subducat amicos  
 Me, portando crucem, præeuntem ponè secum  
 Qui fragilem vitam nimium servare laborat  
 Perdere festinat; qui pro me perdere vitam  
 Obsequiosus amat, Mundo pereunte perennis  
 Inveniet vitam. Quid amabò proderit ulli  
 Maxima congeries auri, pretiosaque Terrarum  
 Munera, si superis animam non inferat Astris  
 Qui me sub medijs lethi non deserit undis,  
 Confessusque palàm lateri constanter adhæret  
 Hunc non despiciam, dum venero mille beatorum  
 Spirituum turmis circumdatus. Ecce videmus  
 Hic aliquos, qui non gustabunt spicula mortis  
 Donec ab his, magnâ sub majestate, beatorum  
 Imperiosa mei spectetur gloria Regni;  
 In qua totius Mundi generale sedebo  
 Judicium, cuicumque suis conformiter actis,  
 Omni respectu posito, decreta daturus.  
 Finito sermone viam promovit eundo;  
 Nec dubito, fractum compuncto corde, Magister  
 Applausisse sacris monitis zeloque Simonem  
 Consiliis hominum disconvenientia Petrus  
 Esse verebatur, si pro reparamine Mundi  
 Filius Excelsi pateretur: purus amoris  
 Hic excessus erat, gemitu delendus ab uao,  
 O si non alios patrâssem criminis ausus!  
 Quàm consolarer sub tristi mortis agone,  
 Dum mihi proponet millena piacula nostræ  
 Oppugnator atrox devastatorque salutis!  
 Non despero tamen: Dominum sub imagine ferentem  
 Oppugnat Satanas, cujus moriendo rebelle

Matt.

16.28.

Marc.

8.39.

Luc.9.

Contrivisse caput Christum, mons Golgotha Mundo  
 Testis adest; Crux alma sacro madefacta cruore  
 Comprobat; & sanctum quæ Christi corpus adornant,  
 Quinque cicatrices, Domino redeunte, docebunt.  
 Ringere magne draco; pulso te Principe, servum  
 Christus adoptavit: submisso vertice noxas  
 Deprecor à Domino, jurans, me nolle deinceps  
 Auscultare tibi; sed quod, Baptismatis undâ  
 Ablutus, Superis Patrini voce sponondi,  
 Illasâ servare fide: denuncio bellum,  
 Hostis inique, tibi; submittet robora Jesus.

POESEOS SACRÆ

PARS TERTIA,

INQUA POEMATE ASCETICO  
 REPRÆSENTATUR

1 <sup>mo</sup> . Transfiguratio Christi in monte Thabor.	6 <sup>to</sup> Colloquium cum Nicodemo.
2 <sup>do</sup> . Christi colloquium cum Samaritana.	7 <sup>mo</sup> Parabola agricolæ seminantis.
3 <sup>to</sup> Decollatio S. Joannis Baptistæ.	8 <sup>vo</sup> Petitio matris filiorum Zebedæi.
4 <sup>to</sup> Descriptio ultimi Judicii à Christo proposita.	9 <sup>no</sup> . Ultima Christi per M. Magdalenam facta unctio.
5 <sup>to</sup> Historia de divite epulone, & paupere Lazaro.	10 <sup>mo</sup> Institutio Ss. Altaris Sacramenti.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO PRIMA.

S. MATTHÆUS. CAP. 17.

Et post dies sex assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seorsum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut Sol; vestimenta autem ejus facta sunt alba

alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias  
eo loquentes &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus in monte Thabor  
Moysæ & Elia visitatus, aspicientibus tribus Discipulis  
Petro, Jacobo, & Joanne, transfiguratur; & ex  
monte descendens, oblatum sibi adolescentem à furioso Dæmone  
ad instantiam afflictæ patris, miraculosè liberat. &c.

**A**rdus excelsus mons surgens vertice Thabor  
Non scopulis horrens, sed campi cinctus  
Undique planitie, Galilæos occupat agros.  
Hunc ascendebat Jesus; comitesque fideles  
Matt. 17. Simon Petrus erat, Zebedaiadæque, Jacobus  
Joannésque simul, fratres, quos Christus amabat  
Arcanisque suis testes cupiebat adesse.  
Salvator tanti præcelsa cacumina montis  
(Ex quo, nî dubium præstringant nubila visus  
Multarum possunt ditionum regna videri)  
Eminus, cupidis stellata palatia votis  
Suspicit, & genibus positus in cespite, Patrem  
Aggreditur precibus; penetrant suspiria nubem  
Inclinansque caput, Divini plenus amoris  
Respectu, commendat opus, quod dramate mactat  
Humani generis causâ complere parabat.  
Lingua negat sonitum, titubâtq; , nec amplius  
Inveniunt voces, quibus hæc devotio dignos  
In versus coëat: comites subeunte sopore  
In dubium vertunt paulatim lumina somnum  
Sed lux ampla Dei, quâ collucebat aprici  
Montis apex, oculis excussit tædia: fulgor  
Insolitus triadem comitum, quo, nescio, cæcæ  
Prostravit: siquidem facies speciosa Magistræ  
Instar Solis, erat radiorum lumine plena,  
Intactamque nivem vestes candore præibant.

Hoc viso fulgore , novi datur ansa pavoris,  
 Quando vident, inter veterum duo lumina Vatum  
 Eliam Mosémque , suum radiare Magistrum.  
 Os utriusque viri visu venerabile ; purâ  
 Fronis nive candidior ; radiantes luce coruscâ  
 Ardebant oculi , promissâque barba decorè  
 In pectus niveis fluitabat candida cirris.  
 Candida vestis erat , fulvo circumdata limbo,  
 Quam succingebat speciosis fibula bullis.  
 Mysticus ore sonus , sermo gratissimus , altos  
 Spirabat sensus , & concernentia Christi  
 Martyrium. Simon Petrus tunc fronte levatâ  
 Hæc interpellans jucundis seria verbis,  
 (Ignorabat enim, quidnam loqueretur, amœnæ  
 Fonte voluptatis nimio velut ebrius) inquit:  
 Hic residere bonum ! tria convenientia celsæ  
 Imponamus huic rupi tentoria : primum  
 Christe tibi dabimus, Mosi concede secundum,  
 Eliæ reliquum. Sed enim vehemente stupore  
 Enthous, has Petrus vix protulit ore loquelas  
 De Cælo submissa venit pulcherrima nubes,  
 Circumplexa novo quodam candore Magistrum  
 Eliam, Mosemque simul, retrahitque gradatim  
 A solito Mundi commercia Cœlica sensu.  
 Lux peramœna quidem , sed scintillante nitore  
 Præstringit visûs aciem, facundâque tali  
 Alloquitur sonitu Petrum , Petri que sodales:  
 Filius hic meus est, quem summo cordis amore  
 Prosequor ; hunc statuo pro directore salutis,  
 Quem vos , & gentes omnes audire tenentur,  
 Post sonitum Divæ vocis , quam lucida nubes  
 Edidit , occulto celeberrima visio raptu  
 Annihilata , refert Mosem per opaca silentis

Ostia telluris, Patribûsque redonat avitis,  
 Eliámque suo Paradisi reddit Enocho  
 Cultori socio. Quo factò apparuit unus  
 Discipulis ternis Dominus Salvator, eisque  
 Mandat, ut excusso surgant terrore; nec  
 Hæc ostensa sibi Cœli secreta revelent,  
 Donec ab Inferno devictâ morte resurgat.  
 Quis dubitare potest, veteres sub carcere  
 Exultâsse Patres, Legislatore reverso,  
 Et referente, suis oculis vidisse benigni  
 Ora Redemptoris? concivem redditus hoc  
 Elias recreavit Enoch, dum mystica sacri  
 Colloquii monumenta suo patefecit amico.  
 Vos quoque Discipuli, quorum fors æmula  
 Quàm fortunatè Superùm magnalia vestro  
 Spectâstis visu, propriisque oracula Cœli  
 Auribus hausistis! Divinam vivere jussi  
 Ad Salvatoris normam: non amplius errant  
 Qui sic instructi, Cœlo ductore reguntur,  
 Vivite felices! Paradisi carpite fructus,  
 Nectareos Superùm lati gustate liquores,  
 Nôsq̄ue patrocínio vestro relevate misellos.  
 Sub Solis reditum, dum prima cacumina celsi  
 Montis inauraret rutilo Pallantias igne,  
 Cum sociis Dominus, veteri statione relicta  
 Culmina deseruit, sacro pro more clientes  
 Ædificaturus verbis. Radice sub ima  
 Montis ubi moles in planos desinit agros,  
 Occurrit reduci numerosa frequentia plebis,  
 Ex mediâ populi turbâ vir plenus amarâ  
 Anxietate refert: Me fors recreaverat almo  
 Conjugii fructu, prolem mihi sæpe rogatam  
 Unigenam tribuendo marem; sed plenus am

Fletibus adjungo, spem depopulatur Erinny's!  
 Quippe bono juveni Dæmon furiosus inhærens <sup>Matt.</sup>  
 Hunc premit, & cruciat, tantâq; tyrannide sævit, <sup>17.</sup>  
 Ut spectatores pulsi terrore recedant.  
 Discipulisque tuis hoc implacabile monstrum  
 Sapius illufit; cassoque labore, superbi  
 Irruit in puerum duplicata ferocia monstri:  
 Hinc vir magne Dei, Te flexo poplite pronus  
 Invoco, Te veneror, Te votis mille fatigo;  
 Afflicti miserere patris, miserere puelli,  
 Et desperatam miseris impende salutem.  
 Salvator, flecti facilis, producere mandat  
 Obsessum juvenem: veniens quasi fulmine tactus  
 Sternebatur humi, furisq; agitatus atrocem,  
 Instar ringentis tauri, dabat ore boatum,  
 Spumabat labiis, dentes stridore sonabant;  
 Crura rotabantur, colubrôque simillima, miris  
 Conglomerata modis terrebant membra catervam.  
 Aspiciens Dominus petulantes Dæmonis ætus,  
 Dic, ait ad pueri genitorem, forsan ab annis  
 Pluribus hoc fato fuit exagitatus? Ab ipsis,  
 Respondet, cunis: nam sapius hoste maligno  
 Instigante dedit puerilia pectora flammis;  
 Sapius (ah! cogor veterem renovare dolorem)  
 Si fortasse sui custodis cura remisit,  
 In Mare præcipitem se pufio turbidus egit.  
 Suppliciter, Vir magne Dei, Te deprecor, adsis  
 Auxilio miseris; & nobis, obsecro, præsta,  
 Si quid opis præstare potes. Respondet Iesus:  
 Cuncta valet generosa fides, si credere possis.  
 Credo, reponebat lacrymis vir mæstus obortis;  
 Fortifica robur fidei; disperge furorem  
 Dæmonis, & pressis tandem succurre: Redemptor

Increpat audacem colubrum, pellitque feroces  
 Ad Phlegethonteos regni pallentis hiatus,  
 Ad manes reprobos, ad furvæ stagna paludis,  
 Et levat exanimem puerum, sanumque parentem  
 Restituit. Populus præsens hæc mira videns  
 In mera plaudentes laxabant júbila voces.  
 Discipuli tristes, quia cura fefellerat illos,  
 Quominus è puero possent expellere monstrum  
 Quærebant, quæ sit frustrati causa laboris?  
 Defectus fidei, respondet Christus; habent  
 Robustam solidamque fidem, transponere montem  
 In gremium Pelagi facile est: furiale quod autem  
 Dæmonis ejecti spectrum concernit; Averna  
 Hoc genus à reliquis differt furialibus umbris  
 Non fugit ad nutum, non abjicit arma; sed infestum  
 Defenditque locum; donec jejunia, votis  
 Et precibus conjuncta, suo discedere victum  
 Hospitio cogant. Quòd quosdam dicitis esse,  
 Qui virtute mei profligent nominis umbras;  
 Non prohibete, licet minimè mea castra sequantur  
 Quisquis enim vobis non adversatur, adhæret  
 Et quicumque meo virtutem nomine patrat,  
 Non poterit nostrum probris traducere nomen.  
 Sed reprehendo magis, quòd inanis gloria vestra  
 Possideat mentes. Si vultis scire, quis inter  
 Vos majore loco, vel nobiliore sedebit?  
 Observanda loquor; quòd, qui se deprimunt,  
 Sede potiturus, mereatur primus haberi.  
 Exulet ambitio; non mensurantur honores,  
 Quos admittendis ad Cœli Regna parabo,  
 Arbitrio Mundi: parat alta superbia lapsum.  
 Cùmque Capharnaüm venissent, ecce virum  
 Matt 17. Vir vectigalis didrachma exposcit ab illis.

Chr

feroces Christus ait Petro: quidnam tibi Petre videtur,  
 us, Ex quibus extorquent Reges censum atque tri-  
 ludis, Civibus ex propriis? an veriùs ex alienis? (buta?  
 e pare Ex alienigenis, respondet Petrus; at illi  
 vidend Christus ait: Verùm nè scandala demuse eisdem,  
 ces. Ad Mare festinus pergas; & protinùs hamo  
 illos, Subter aquas misso, piscis capiendus in ore  
 onstrum Ex mediis portabit aquis pelagóque staterem,  
 oris? Huncque Receptori confestim solvere mando.  
 benti Exequitur mandata Petrus: vix miserat hamum  
 e mont In vada, fluctivagum subtraxit ab Æquore piscem,  
 od aut Qui modò pollicitum gestabat in ore staterem.  
 vernu Sic Dominus, totum qui voce creaverat Orbem,  
 umbris Consentit propriis vectigal solvere fervis,  
 ed inf Et simul injustis parendo legibus ultrò,  
 otis More peregrinæ gentis didrachma pependit;  
 ictum Perspicuo nobis exemplo dogma relinquens,  
 is esse Vincere cedendo, pacémque parare minora  
 ras; Damna remittendo, generosi pectoris esse.  
 quantu O mansuetudo, virtus propriissima magnis  
 dharet Mentibus, & Superùm sociata potentibus armis!  
 atrat, Tu peccatoris frugem reditúmque benignâ  
 omen. Expectare morâ gestis, retinésque rigorem  
 vestra Justitiæ, ne læsa vibret sua fulmina. Magne  
 nter Cælorum Princeps! quoties tua iussa protervo  
 ? Ausu neglexi! quoties tibi bella nefandis  
 nit, al Moribus indixi? quoties tua dona retrufi?  
 . Me tamen audacem, compluráque probra patran-  
 es, Non contrivisti: nullo clementia fine (tem  
 . Circumscripta! tibi millenas defero grates,  
 m. Ac promitto, dolens malefacta priora, deinceps  
 viriti Me fore morigerum monitis, legique fidelem.  
 s. Præfixâ mortis da stare viriliter horâ,  
 Chr

Angelicum submitte ducem, qui spicula draconum  
 Ignea depellat, clypei que reverberet ictu,  
 Inque caput nequam sua tela retorqueat hostem.  
 Sic defensus eo super ardua quæque viarum  
 Tundo caput colubri, Basilisci tergora calcem.  
 Sit leo, sitque tigris nostris contraria ceptis.  
 Unum grande nihil, magnum producet inanis.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ

INDUCTIO SECUNDA.

S. JOANNES CAP. 4.

**V**enit mulier de Samariâ haurire aquam. Dicit ei Jesus:  
 Da mihi bibere . . . Dicit ei mulier Samaritana:  
 modo tu, Judæus cum sis, bibere à me potes, quæ  
 mulier Samaritana? Respondit Jesus, & dixit ei: Si  
 donum Dei, & quis est, qui tibi dicit: Da mihi bibere,  
 tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus Samaritanam  
 puteum Jacob convertit: docet Sichavenses: sanat ag-  
 rantem filium Reguli; & Discipulis Joannis Baptista, ab  
 rode in carcerem missi, ad propositam questionem, cum exhibi-  
 ne miraculorum, respondet.

Joan. **I**n Samaritano fons est crystallinus agro, (Joan. 4.)  
 4. Quem Patriarcha Jacob quondam fodisse referunt.  
 Ex quo, dum Christus transit, muliercula quædam  
 Haurit aquas; Dominus, quem nec penitissimum  
 Humani secreta latent, ut porrigat haustum  
 Illa sibi, potest: mox officiosa, jubentis  
 Ocyus exequitur Domini mandata, trahitque  
 Ex puteo gelidas, & Christo porrigit unctam.  
 Hoc dabat obsequium monitis salvantibus animum.  
 Me Solymis reducem, reficis bona foemina potest.  
 Non ingratus ero, tibi propinabo salubres  
 Æternæ vitæ latices: hic limpidus amnis

Absterget maculas animæ, fordésque. Profectò  
 Si tibi constaret, quis te dignetur honore  
 Alloquii, vivas peteres tu forsitan undas,  
 His putei lymphis meliores. Fœmina dixit:  
 Tu vivos latices te spondes esse daturum,  
 Cùm te, præterquam quòd fit fons altior, omnis  
 Hydria deficiat: nunquid tu major es ipso  
 Nostro Patre Jacob? qui tali fonte refecit (rum.  
 Se, genitósque suos, pecorúmque armenta suo-  
 Respondet Jesus: quem fons hic recreat, ille  
 Indomitâ redeunte siti torrebitur ultrâ;  
 Sed cui dono meis gelidam de fontibus, illum  
 Nulla sitis poterit redeuntibus urere flammis.  
 His ita præmissis subjungit: Vade, tuúmque  
 Huc mihi siste virum. Mulier confusa reponit,  
 Se nescire virum sociali fœdere junctum.  
 Haud ignoro tui miseranda pericula fati,  
 Christus ait: nam quinque viris orbata fuisti;  
 Et quo nunc frueris thalami conforte, vir iste  
 Non est legitimo tibi consociatus amore.  
 His mulier convicta refert: Te credo Prophetam,  
 Instrue me fragilem: nostri voluêre parentes  
 Hoc ut adoremus Superos in monte; vicissim  
 Judæi perhibent, Solymis debere litari,  
 Servirique Deo? Christus respondet eidem:  
 Hora venit, quâ nec super horum celsa jugorum,  
 Aut Hierosolymis holocausta litare licebit.  
 Vos Samaritanos latet usque scientia veri  
 Numinis; Hebræis patet hæc: nam vena salutis  
 Manat ab Hebræis: sed nunc venit hora beata,  
 Quando Dei veri cultores spirituales  
 Numen adorabunt: Deus est Ens grande; me-  
 Spiritus; hic castâ vult sobrietate timeri. (rúsq;

Nuper

Nuper inaudivi , respondet fœmina , tandem  
 Advenisse Ducem promissum Patribus : ille  
 Cuncta revelabit. Me contemplare , Redemptor  
 Inquit , & invenies Christum venisse , tibi  
 Ad fontem Jacob vitæ documenta dedisse.  
 Discipuli redeunt, afferre cibaria jussi,  
 Et Samaritanam cum Christo multa loquentem  
 Mirantur taciti. Mulier festina , relicta  
 Ad fontem situlâ, Sicharumque petendo, revelat  
 Messiam prope tecta Sichar , puteumque morantem  
 Indigenæ veniunt, Dominumque humaniter orantem  
 Ut Sichari maneat, doceatque salubria cives:  
 Intrat hic oppidulum , binisque docendo diebus  
 Afferit Æthereis animarum millia Regnis.  
 Inde pedem profert , Galilæaque prata revisit  
 Adventatque Canam : mox quidam Regulus illuc  
 Appropinquat , cujus cum filius æger in amplâ  
 Urbe Capharnaï toleraret mortis agonem,  
 Instat apud Dominum, veniat curare jacentem  
 Qui solo verbo mox sanum reddidit absens.  
 Interea Herodes uxorem fratris adulter  
 Adversus legem sibi consociarat : iniquum  
 Perstrinxit facinus generosus præco Joannes,  
 Mœcha indigestum tacito sub corde dolorem  
 Circumagens, certum vindictæ tempus anhelans  
 Explorare studet : siquidem facundia Vatis  
 Ibat in applausus, nec mens Herodis abhorrens  
 Sapius auditi pendebat ab ore Joannis.  
 Sed sceleratus amor nihil intermittit inausum  
 Insidiosa flagrat pellex & adultera sæva  
 Herodem subitis irarum accendere flammis  
 Contra Baptistam ; qui magnum dedecus Antipatri  
 Aspersisset, ait, damnando proterviter alti

Joan.  
4. 46.

Matt.  
14

Marc.  
6.

Connubium Regis ; quem Majestatis honores  
 Pro se , próque suâ thalami consortē , remotis  
 Objicibus , deceat Regali jure tueri. (nenum  
 Ad minimum , nè forsan atrox mala lingua ve-  
 Ulterius spargat, diuturno carcere claudi  
 Majestate reum ; secus intractabile vulgus  
 Hæc imitaturum famæ convicia , magnum  
 Regis in opprobrium. Pellex deterrima mœchum  
 Hoc sub prætextu rogat importuna , rapitque,  
 Ut mittat justum sub vincula dura Joannem.  
 O furor infelix ! ô bellua sæva libido !  
 Quanta per immensum paris infortunia Mundum !  
 Ut favire queas , & depopulare pudorem,  
 In furvas casti rapiuntur carceris umbras.  
 Quem Deus ipse super Patres, veteresque Prophe-  
 Et super innumeros mortales extulit ; ipsis (tas,  
 Spiritibus Cœli par integritatis honore ;  
 Sub matris gremio, nondum productus in Orbem,  
 Sanctificatus ; abit sub opaci carceris antra.  
 O pellex indigna frui splendore diei,  
 Carpere vitales sceleratis faucibus auras !  
 Cujus in amplexus cupidas mox porriget ulnas  
 Teter Avernalis barathri Tetrarcha. Recede,  
 Tartareas meretrix auctura libidine flammæ !  
 Carcer erat Divo celeberrimus ambo Joanni,  
 Quo per clathratæ rimosa foramina portæ  
 Astantem populum sacro fervore docebat :  
 Nec tacuit dicenda , licet fera mœcha Joannis  
 Quæreret interitum. Sub acerbis casibus illis  
 Continuus rumor Christi miracula magno  
 Attulit applausu per opaca silentia claustris  
 Vatis ad auditum ; licet affirmare nec ausim  
 Aut arbitrari , talem tantumque Prophetam

Hæc

Hæc, nullo referente licet, latuisse. Profec  
 Sint occulta nimis Cœli commercia; nunqu  
 Angelici vigiles, quibus est custodia Mundi  
 Demandata, queunt celeri quæcunque relatu  
 Per Mare, per Terras, per dissita climata, Cœ  
 Permittente, suis aperire clientibus? unde  
 Hic quoque Zacharides, licet agnovisset abunde  
 Se Præcursorem Domini adventantis haberi;  
 Attamen ut toti testatum redderet Orbi,  
 Advenisse Dei, salvantis sæcula, regnum,  
 Luc. Ad Salvatorem miracula mille patrantem  
 7. 19. Discipulos misit, comi bonitate rogatum,  
 An post ejectos Cœlesti sede superbos,  
 Captivos Limbo Patres, aliósque fideles  
 In vacuas sedes exaltaturus adesset?  
 Aut, si salvandi justos dilata manerent  
 Tempora, fera novam possit sperare salutem  
 Posteritas? missi sibi demandata Magistri  
 Fusiùs exponunt, super inquisita rogando  
 Responsum Domini, qui magnâ laude Joannis  
 Extollit vitam, zelum deprædicat, ipsis  
 Anteferendo virum tantâ virtute Prophetis.  
 Ad circumstantes mirâ gravitate loquendi  
 Conversus cœptum sermonem promovet; int  
 Dogmata curando languentes, fæce leprosa  
 Infectos, cæcos, claudos, Cacodæmone pressos;  
 Defunctósque jubet vivos exire sepulchris;  
 Denique Legatis, quos veri Præco Joannes  
 Miserat, injungit, Joanni dicere, quanta  
 ipsi vidissent audivissentque stupenda:  
 Ex quibus haud dubio possit deducere sensu,  
 Quid sit credendum de se, rebúsque supernis  
 Esse beatificâ fruituros sorte, subinfert,

Qui sibi fidenter submittant colla monenti,  
 Magna nimis probitas, humilisq; modestia Christi!  
 Noluit explicitis Deitatem prodere verbis;  
 Sufficiebat enim, solitâ brevitate, sagaci  
 Indigitare viro Cœli secreta. Sciebat  
 Optimus hic Vates, qualis vox lapsa supernè,  
 Cum baptizaret Jesum Jordanis in undâ:  
 Illa sonabat enim, removens vaga nubila Cœlo,  
 Divinâ gravitate palàm, quem tingeret amne,  
 Esse Dei Natum. Nos quanta modestia ducit?  
 Myrmidones cupimus celfos superare gigantes:  
 Nobilis ut Baro, Baro Comes ambit haberi,  
 Et Comes exofus Comitem cupit esse Ducali  
 Insignis titulo; Dux exaltatus abundè,  
 Ad Regum diadema volat; Rex Cæsaris ambit  
 Illustres Aquilas. Majorum tempore quondam  
 Sub Gentilismo statuit super Æthera Cæsar  
 Exaltare thronum, Divinâque Regna supremi  
 Dimidiare Jovis. Fausti lætentur Achivi!  
 Pauper enim Christus, præcelsus origine, celat  
 Grande decus patrium; cupiens ostendere pressis  
 Paupertate, sui regni magnalia. Demum  
 Significat missis à præcurfore Joanne,  
 Regna beata Dei quòd polliceatur egenis.  
 Ergo malis pressi vel paupertate, procellas  
 Adversæ fortis pacato corde feramus.  
 Nemo solet plausu semper durante beari  
 Hic & in æternum: Cœlum lucremur amando  
 Aspera fata: suos Mundus sublimet amicos;  
 Nos ærumnarum tolerantia ducet in altum.  
 Christus Discipulis, quos ablegaverat illa  
 Gemma Prophetarum, Patrùmque corona Joannes, Luc. 7.  
 Dimissis, sacrum vitæ morùmque rigorem, 24.

Quo

Quo vir tam sanctus totam Jordanis eremum  
 Condecoravisset, multo sermone revolvit.  
 Ignivomis Vati vecto super astra quadrigis  
 Comparat; Angelicum deprædicat esse ministrum  
 Qui sibi strata viæ dignus Præcursor adornet  
 Nullus, ait, novit, qualis quantûsve Propheta  
 Hic sit Zacharides: rigido vestitur amictu,  
 Et sua continuo gemitu jejunia pascit.  
 Hic Athleta Dei latebris eductus eremi  
 Ostendit, quanto deceat sudore mereri  
 In terris vitæ Cœlestis præmia. Perge  
 Indefesse pugil! rape per mea funera vitam  
 His vix attentis pars adversaria jungit  
 Pseudo-Prophetarum doctrinæ dogma Joannem  
 Et Phlegethontis, ait, auxiliantibus umbram  
 Hanc rigidam vitæ methodum prætexere fallax  
 Progenies Orci, Satanæque vaserrima pestis,  
 Quæ ratio, vel causa movet tua pectora, Christus  
 Si quandoque suis jejunia stricta remittit,  
 Mox culpare; simul, dum jejunando Joannem  
 Emacerat vires, hunc infimulare rigoris  
 Illiciti? quis vestra potest convicia linguæ  
 Evitare satis? Jesu Via vera! loquatur,  
 Dum tua jussa sequor, Mundus perversa; silet  
 Ultima quando dies abscondita cordis apricam  
 Proferet in lucem, fraudumq; abscondita pandam

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO TERTIA.

S. MATTH. CAP. 14.

**D**ie autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in  
 medio, & placuit Herodi. Unde cum juramento pollicitus  
 est ei dare, quodcumque postulasset ab eo. At illa præcepit  
 mittere à matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptistæ

Baptistæ. Et contristatus est Rex : propter juramentum autem,  
 & eos, qui pariter recumbebant, jussit dari &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, post martyrium S.  
 Joannis Baptista, quod saltatrix Herodiadis filia callidè  
 promovit, in Bethania, & consiniis Jerusalem magno fervore  
 conrionatur; & Lazarum, quem ut amicum singularem ascì-  
 verat, in quartum diem mortuum miraculosè resuscitat.

**I**nter mortales major virtute Joannes  
 Pergit inoffenso pede, debellare superbos  
 Et scelerum plenos, innodatósque tenaci  
 Luxuriæ nexu : quorum Coryphæus adulter  
 Herodes, fratrisque tori violator iniquus :  
 Utebatur enim, sicut memoravimus antè,  
 Conjuge germani fratris pro pellice ; toto  
 Incestus tanti scelus execrante Senatu.  
 Ex hac formosam facie, generavit adulter  
 Rex Herodiadem, saltandi dote superbam :  
 Et quia formosæ mater formosa puellæ,  
 Regina titulo multùm lætata, timebat,  
 Ne forsan monitis Baptistæ expulsa, coronam  
 Perderet; hunc odiis, quibus hæctenus arsit, aper-  
 In rabiem versis, flagrat extirpare; faventem (tam  
 Expectans sceleri lucem, Bertámque procacem  
 Informans, ut, quando patris frons libera rugis,  
 Annubisque foret, captivi colla Joannis  
 Expeteret; siquidem Reginae matris honorem  
 Indomito semper proscinderet ore, sacrámque  
 Ipsius Regis personam redderet urbi  
 Exosam ; blandis jungendo pericula verbis,  
 Ex hoc contemptu certò metuenda deinceps.  
 Audit adulterio famosæ dogmata matris,  
 Innatósque dolos, non degener ipsa, capeffit.  
 Consilii tragicas in opus producere scenas,

K

In-

<sup>Matt.</sup> Ingruit apta dies. Induxit adultera mœchæ Hin  
<sup>14.</sup> Ut daret electis convivia lauta propinquis Pro  
<sup>Marc.</sup> Quos sibi devotos applaudentesque sciebat. Cùm  
 6. Accubuit mensæ Rex ; pellex garrula Regi Pos  
 Assidet à læva ; saltatrix filia dextram Ace  
 Occupat ; & Proceres parasiti , sicut hono Omr  
 Exigit ordo , replent subsellia strata : refu Res  
 Majestate domus Regalis : mensa redunde In q  
 Innumeris dapibus : redimiti floribus amp Quò  
 Crateres referunt celeri bona vina meatu. Præc  
 Nulla manus viduata scypho. Rex ebrius ar Dum  
 Læta chorearum , modulos , circosque sala Me c  
 En ! Herodiadis saltu suspensus , ovantem Luci  
 Aspicit , & magnâ laudum novitate coronat Mart  
 Quippe pedum manuumq; vagâ levitate sup Chri  
 Nunc latus in dextrum, nunc inclinata sinistra Vert  
 Nunc salit antrorsum , nunc diffluit acta re Obt  
 Mille figurarum formas, dum Musica vocum Limb  
 Alternat modulos , saltatrix lena novellat : Anni  
 Jam ciet obliquos , jam curvos circinat ang Assoc  
 Mox graditur levius , mox majestate repleta Te v  
 Tardius ad sonitum mensurat callida gressus Hoc  
 Et facies nivibus , roseisque venusta corallis Hoc  
 Corporis eximie speciei congrua , magnum Veri  
 Pondus ad applausum sociabat. Quilibet illi Virtu  
 Ad mentes hominum rapiendas judicat apta Ofor  
 Sæpius ad Regis vultum saltando reversa, Dux  
 Arrifu tacito præcordia fascinat. Hisce Sang  
 Blanditiis Bertæ Rex incantatus amabat Hic  
 Pro mercede levis saltus , tenuisque choreæ Vict  
 Dimidium Regni , si postulet illa , referre Ex L  
 Sed quid dimidium , si totum possit haberi Trist  
 Ex hominum numero veri Præcone remoto. Bapt  
 Hi

Hinc ex consilio matris truculenta, resectum  
 Pro mercede sibi caput exigit illa Joannis.  
 Cumque relaxari sciret decreta morando,  
 Postulat afferri, temulento Rege, resectum  
 A cervice caput: sed quod crudelius, inter,  
 Omnibus attonitis, Regalia fercula poni.  
 Res caret exemplo: non me legisse recordor  
 In quodam nostri, vel aviti temporis albo,  
 Quod mulier saltu fuerit lucrata cruorem.  
 Præcinuit sua fata sibi, Christoque Joannes,  
 Dum retulit Domino, Ioto Jordanis in amne;  
 Me decet *imminui*; sed te decet *exaltari*.  
 Lucidiore nequit genus indigitare secuti  
 Martyrii dicto: siquidem cruce latus in altum  
 Christus obit; moriens Herodis ab ense Joannes  
 Vertice truncatur. Latus sua colla securi  
 Obtulit, in Domino condormiturus avitis  
 Limbicolis, donec (quia noverat esse sequentis  
 Anni curriculo solvendos carcere) tantis  
 Associatus avis, Regnum Cœleste subiret.  
 Te veneror pie Præco Dei, portamque sepulchri  
 Hoc Epigrammatico signo sermone: Viator!  
 Hoc in sarcophago, sectâ cervice, quiescit  
 Veriloquus Præco, Domini Præcursor, amator  
 Virtutis rigidus, clamantis vox in eremo,  
 Ofor adulterii, legum defensor & æqui,  
 Dux Patriarcharum, major virtute Prophetis,  
 Sanguine conjunctus Christo, Baptismatis author:  
 Hic Herodiadis pellaci cæsa rogatu  
 Victima, præcessit Christum moriendo, brevique  
 Ex Limbo Patrum, Domino præeunte, redibit.  
 Triste latrocinium, quo pellex sæva Joannem  
 Baptistam rapuit, detestabantur iniqui

Cum iustis tanquam facinus, quod vindice C  
 Puniri deceat. Nec Cœlum distulit iras ;  
 Nam cum Divinos sibi præsumpsisset honores  
 Herodes, \* Superis inimica superbia tandem,  
 Impletis scelerum mensuris, clade pudenda  
 Aa. Languoris putridi tumidum dejecit ad Orcum  
 12. Quem sequitur pellex, & adultera filia, tantum  
 Asperitate mali privatae luminis usu ;  
 Ut, quicumque legit majorum tempora, certo  
 Sentiat indicio, Superos multasse furorem.  
 Hactenus Æquoreis Galilææ Christus in oris  
 Informando suos patriotas, dogmata Cœli  
 Sparserat, & magno cumulaverat Æthera fructu  
 Verùm Zacharide per atrocia funera raptò,  
 Deseruit patrios, directo tramite, fines,  
 Bethaniam versus; sub quâ ditione colebat  
 Lazarus, eximia vir conditionis, opima  
 Prædia: Martha soror domui præfecta, propinqua  
 Externosque pari cum sedulitate fovebat.  
 His, dum Bethaniam Divinis legibus ornat,  
 Salvator placuit: nam conversatio dulcis,  
 Distillansque favos, sibi conciliabat amorem.  
 Post sudoriferos per quælibet oppida cursus,  
 Hæc famulabatur reduci; civiliter ille  
 Suscipiens Dominum, delectabatur amando.  
 Joan. Tandem infirmatur tantæ vir fœdere Christo  
 11. Junctus amicitia: soror exagitata molestis  
 Curarum stimulis, pavet aspiciendo ferocis  
 Sævitiem morbi, Christoque renunciat, illum,  
 Quem non dividuo sibi confociasset amore,

\* Poëtarum mos est homonymorum gesta in unum confundere  
 caterùm hic fuit Herodes Agrippa, diversus ab Herode Antipato  
 mocho.

Viribus orbatum, nimio languore teneri:  
 Hac prece subjunctâ, quia sanum semper amâisset,  
 Ut quoque languenti Medicus properaret adesse.  
 Hac nova Salvator, tanquam præcognita, parvi  
 Ducere conspicitur: siquidem vix illa viator  
 Attulerat, Christus modò cognoscebat amicum  
 Exhaustum crescente malo, vitæque supremum  
 Nunc obiisse diem. Sociis lugentibus ægrum  
 Significat dormire: solet, pia turba reponit,  
 Solvere languorem somnus: tum Christus eosdem  
 Clarius informat, juvenem, ponendo molesti  
 Corporis exuvias, obdormivisse. Gemebant  
 Solliciti super hoc comites, obitumque benigni  
 Hospitis unisono cœperunt plangere luctu:  
 Discipulos solito consolabatur amore  
 Christus: atque viro, tulerat qui nuncia morbi,  
 Ut referat Dominæ, quòd festinanter adesse  
 Pollicitaretur; tacito sub pectore causam  
 Adventûs celeris, Divinæque sensa premendo:  
 Quamvis Discipuli, quibus experientia magnam  
 Notitiam dederat taciti secreta Magistri  
 Suspicionem piâ penetrandi, signa notarent  
 In vultu Domini, præsignificantiæ grande  
 Prodigium. Quare suspensos mente jubebat,  
 Ut comitarentur, fratris funebria dignis  
 Concelebraturi lacrymis: ad flebile prompti  
 Accinguntur iter; Salvatorémque secuti,  
 Serius adveniunt ad amica palatia Marthæ.  
 Obvia lugubri vestitu Martha, ruebat  
 Cum lugente pii germani fata sorore  
 Magdalide, ad frugem Christo monitore reversâ,  
 Ante pedes Domini; deplorabátque resumptis  
 Fletibus excessum fratris; conquesta, fuisse

Absentem Medicum, cujus præsentia saluum  
 Attactu minimo potuisset reddere fratrem.  
 Omnibus in largos gemitus fletumque solutis  
 Collacrymabatur Dominus; mandatq; sepulchrum  
 Demonstrare sibi. Dissuadet Martha, refertque  
 Computruisse situ, fœdâque ciere mephitæ  
 Fraternali corpus; siquidem Sol quartus abire  
 Quod sua præproperæ clausisset tempora vitæ.  
 Non est, Martha, Dei manus abbreviata; resurge  
 Lazarus, aiebat Christus: cui Martha: Resurget  
 Ille quidem, novi, lux quando novissima tumbæ  
 Angelicâ cunctos revocabit voce sepultos.  
 Jam nunc, fide mihi, respondet Christus, eundem  
 Quem sepelivistis, redivivo corpore fratrem  
 Restituam vobis, & Patrem glorificabo.  
 Nullis Salvator monitis remoratus adibat  
 Defuncti tumulum: sequitur soror utraque, ponit  
 Discipuli, pluresque gravi mœrore gementes  
 Fata, & cum primis circumflua turba virorum  
 Et matronarum, quos compatiens ductrix  
 Moverat, in luctu mœstis lenire dolorem;  
 Ac mirabantur Domini plorantis amorem.  
 Spiritus infremuit Christi; saxoque remoto,  
 Exclamat Dominus Jesus: Tibi Lazare mando,  
 Progrediare foras! tenebrosa per ostia cryptæ,  
 Vox ingressa movet pallentia membra sepulti.  
 Immittens gelido sinui spiracula vitæ.  
 Adrepat subito coopertus sindone, multo  
 Sub populi plausu, redivivus Lazarus; omnia  
 Ocyus à nexu solvuntur membra: sorori  
 Redditur incolumis; quæ deponebat amictum  
 Lugubrem, lacrymis in maxima gaudia versis.  
 Hoc opus inensum, virtusq; stupenda, per omnia  
 si-

Inacidum terras, vicinaque regna repente  
 Notificabatur: concurrunt undique turmae,  
 Ut videant hominem, Libitinæ gurgite mersum,  
 Et ferme putridum, reparato corpore vivum.  
 Multa recensentur, quæ Lazarus ille, tremendos  
 Alterius vitæ casus spectantia, fidis  
 Sub terrore gravi retulisse putatur amicis:  
 Hæc tamen ambiguis, ut apocrypha, plena relatis,  
 Malo putatitiis aliorum cedere fastis;  
 Dum, quæ sola docet Scripturæ pagina, versu  
 Prosequor. Interea Jesu, mea Vita, meaque  
 Lux & Dux animæ! si decretoria magni  
 Judicii hora venit, Superum me Cœtibus adde.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO QUARTA.

S. LUCAS CAP 21.

Nam virtutes Cœlorum movebuntur: & tunc videbunt Fi-  
 lium hominis venientem in nube cum potestate magnâ  
 & Majestate. His autem fieri incipientibus, respicite & le-  
 vate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus triste excidium ur-  
 bis Hierosolymitanae, & multas totius terrarum Orbis cala-  
 mitates prædicit, ac denique ultimum universalis Judicii diem,  
 cum omnibus in illo die evenientibus circumstantiis, pro nota-  
 bili cautela describit.

Eminens aspiciens Solymæa palatia Christus  
 Illacrymabatur Templi domuumque ruinis; Luc. 19.41.  
 Quas ob commissas, committendasque protervas  
 Indomitæ gentis noxas, astare videbat  
 Præ foribus. Tardat Nemesis Divina subinde  
 Ultrices frameas, sed postea duplicat ictus.  
 Intererat quidam turbis, qui nobile Templi

Matt.  
24.1.  
Mi-

Mirabatur opus: sed Christus corde trahendo  
 Altifonos gemitus, præfagia mœsta ferebat,  
 Non procul esse diem, quo tantæ fabrica molis  
 Ex fundamentò penitus subversa, doceret,  
 Quàm fragili fulcro nitatur gloria Mundi.  
 Ex auditorum quidam trepidante coronâ  
 Sollicitè quærunt, hæc infortunia quando  
 Eventura putet; pariter, quæ signa tremendæ  
 Excidii cladem sint præcessura. Redemptor  
 Non seducimur, si vos sub imagine falsa  
 Pseudoprophetarum fraudes pervertere tentent.  
 Hoc præcedet enim, sed multò plura sequentur  
 Prælia ruricolas, cives trepidatio Terræ,  
 Tempestas Marium nautas, contagia gentes  
 Subvertent; sunt ista malæ præludia cladis.  
 At dum terrificis exercitus imminet armis,  
 Aggrediturque sacram concussis mœnibus urbem  
 Tunc exterminii tempus venisse sciatis.  
 Sunt fortunati, quos extra mœnia tutos  
 Libertas posuit; siquidem super alta jugorum  
 Sub spissis nemorum tenebris, sub rupe ferarum  
 Celari poterunt: verùm crudelior ensis  
 Non intermittet profugos excindere cives.  
 O miseram pueris, uterumque gerentibus horam  
 Ultio magna Dei! quibus indignata pepercit  
 Militis in rabiem versi truculentia, pressi  
 Mole catenarum per dissita regna trahentur,  
 Genticus ille furor, subversis mœnibus urbis,  
 Calcabit sacra Templâ Domûs, quam Rector Olympi  
 Hæctenus incoluit, conspurcabitq; cruore. (p)  
 Hæc mala vaticino Solymæis ore vetusti  
 Præcinuere Patres; quorum pars magna cruenta  
 Interitu periit proavorum tempore: fufus

Matt.  
 24.

Ante thronum Domini vindictam sanguis, & illam,  
 Quæ fremit ante fores, cladem luctumq; popos-  
 Continuò tragicos ostendis Munde dolores: cit.  
 Hic fuit antiquo tibi mos consuetus ab ævo;  
 Nec poteris cessare prius, quàm tota supremis  
 Intereat miserè populantibus orbita flammis.  
 Extremi vivos reor exhibuisse colores  
 Exitii Christum; quo præmonitore repando  
 Ulteriora: sacer nostras timor instrue mentes,  
 Ne lolium dominans faciat sterile scere campum.  
 Sunt experta Dei, plectentis crimina, duram  
 Plurima regna manum: diverso tempore Mundi,  
 Lethiferæ pestes, segetum causantia diram  
 Detrimenta famem, rapidi dispendia belli,  
 Oceani fluctus, tremulæ Telluris hiatus,  
 Classica ventorum, nimborum turbo, tumultus  
 Ætheris irati, truculento fulmine mixtus,  
 Affixere solum: quin tempestate Noëmi  
 Integer horrendo submersus in Æquore Mundus  
 Naufragium fecit, tanto memorabile luctu,  
 Ut, qui præsumit digno proponere versu  
 Hujus inauditæ fatalia damna ruinæ,  
 Centenos studiis impendere debeat annos.  
 Exspatiatus enim super alta cacumina Pontus,  
 Quidquid spirabat, decumano gurgite cæcum  
 Abstulit in barathrum: volucris lassata volando  
 Fluctibus hauritur; nec muscæ sæva pepercit  
 Diluvii rabies. Sòlus cum conjugè justâ,  
 Atque tribus gnatis, totidémque ligamine junctis  
 Conjugii sociis, tantis servatur ab undis  
 Lamechides, & quæ secum, vi Numinis acta,  
 Ut genus instaurent, animalia duxit in arcam.  
 Post hæc pœnituit Dominum, vel rectiùs, ipse

Gen. 7

K 5

Com-

Commiseratus ait : Nolo delere futuris  
 Gen. 8. 21. Temporibus tali mortales clade : sciatis  
 Omnes, opposito qui cernitis Irida Sole,  
 Gen. 9. 13. Nequaquam Pelago, sed post stata tempora totam  
 Me renovaturum faciem Telluris in igne.  
 Hinc dum præmeditor, quæ sint cantanda, capillo  
 Arrigit insolitus pavor, & trepidatio cursum  
 Impedit, ad finem calami properantis. Amara  
 Et truculenta dies, multoque severior illa,  
 Quæ totam tumido submersit in Æquore Terram  
 O horrenda dies, & ineluctabile fatum!  
 Quo concussa ruent celeri mortalia lapsu,  
 Post multas strages, post infortunia mille,  
 Post vaga caudatis circumvolitantia flammis  
 Sidera, Divini prænuntia signa furoris.  
 Ipse suam medio Titan excelsus Olympo  
 Condet inassuetâ nitidum caligine vultum,  
 Nulla resumpturus fulgoris lumina : Phœbe,  
 Desperando diem, crassis tumulabitur umbris,  
 Funereoque simul, cum compare fidere, luctu  
 Vestitûque pari, plorabit fata ruentis  
 Naturæ; cujus per sæcula multa theatrum,  
 Alternis vicibus, famulo recreaverat igne.  
 Non erit in terris, qui non sua lumina sursum  
 Hanc metamorphosin grandem, paritate carentem  
 Aspiciendo, levet, pavidoque timore repletus  
 Conjiciat, venisse diem, quo sæcula, primum  
 In nihilum reditura, cadent. Collisio grandis  
 Luc. 21. 25. Et fragor insolitus nimborum, motus abyssi  
 Oceani fremitus, & conjurata malorum  
 Agmina terrigenas consternatura, priusquam  
 Ingruat atra dies, fatali clade recident.  
 O metuenda dies! quâ Mansuetudo furorem

Induit, & rigido micat indignantis ab ore  
 Omnipotentis atrox bifacutâque lancea, justo  
 Trajectura malos æterni vulneris ictu!

O rhomphæa minax! o vox per inania tanto  
 Cum fremitu dispersa, velût millena fragorem  
 Undique confocient, reboëntque tonitrua rauca.  
 Vocis sensus erit: Defuncti surgite! Judex  
 Omnipotens, Deus ipse palàm, Deus ipse supre-

Hujus judicii Præses, Dominusque sedebit, (mus  
 Ejaculaturus justi decreta furoris  
 In reprobos! cunctæ confestim surgite gentes;  
 Innumerabilium sonitus, clangorque tubarum,

Quas inflaturi per Majestate repletum  
 Aëra Cœlestes Genii Procerésque volabunt,  
 Discutiet tumulos, faciétque patere sepulchra,  
 Ossa citatorum subito crepitantia motu,  
 Et congesta suo jungentur in ordine, tanquam  
 Si nullo dispersa loco spatioque fuissent:

Hæc veteres nervi, caro pristina, propria pellis  
 In cineres dudum nihilumque redacta, ligabunt:  
 Sicque reversa, suis animabus juncta, resurgent.

Quanta resurgentum parebunt agmina! certè  
 Humanus nullus poterit transcendere visus.

Josaphat in vallem confuso turbine latas  
 Archiduces Genii disjurgent ordine turmas:

Infantes animæ dextram, reprobæque sinistram  
 Sejunctim nactæ, cupiunt metuuntque supremi  
 Judicis arbitrium, & quæ sit sententia tandem  
 Infigenda sibi, nullo revocabilis ævo.

Per medios ignes, quibus inflammabitur Æther,  
 In signum vitæ Crucis apparebit imago.

O Crux alma meis toties impressa labellis!  
 Sub cujus rubeis ego sacramenta trophæis

Matt.  
24.31.

Matt.  
25.33.

Matt.  
24.30.

Ad-

Addixi Domino Baptismi fonte levatus :  
 Me salva miserum , configna sanguine Christi  
 Hanc frontem, subitumque jube transire furorem  
 Postea conspicuus tricolori Christus in arcu  
 Jura dabit populis : cujus sanctissima Mater  
 Hærebit lateri ; sanctorum millia mille  
 Spirituum magnâ cingent spectacula pompâ  
 Hinc Præcursores, Patriarchas inde videbis :  
 Turba Prophetarum fulgentibus æmula stellis  
 Cœtus Apostolicus , nec non pro dogmate Christi  
 Martyrio cæsi , super alta sedilia , eidem  
 Conregnaturi , radiabunt Solis adinstar.  
 Eminus aspicient , mirabunturque cohortes  
 Innumeras hominum, completaque jugera vivâ  
 Intereâ totus valvas expandet Olympus ;  
 Nubila discedent ; facies Divina sereno  
 Lustrabit fulgore Polos ; tranquilla subibit  
 Temperies , auctura Dei præsentis honorem,  
 Hanc Majestatem tacito veneratus amore  
 Injiciam linguæ frænum ; quia nescio voces  
 Materiâ dignas , vel convenientia tantis  
 Casibus arcanis expromere verba. Stupesco  
 Myriades tantas hominum simul ante tribunal  
 Contemplor dextros, contemplor mente sinistros  
 Hos quatit immensus pavor ; illos sortis amant  
 Spes, solidata sacro virtutum robore , firmat.  
 Aspiciens Christus reprobos , in fulgetra voces  
 Armât , & opponit pavidis delicta, sui que  
 Duritiem cordis ; dum spretâ lege rebelles  
 Oppugnare Deum , detestari que propinquos  
 Conati , fœdis triverunt tempora factis.  
 Hæcque exprobrando tonat implacabile verbum  
Matt. 25. 31. **Ite procul reprobi ! Stygias augete favillas,**

Quas mea Dæmonibus dudum vindicta paravit.  
 Respiciensque probos, expellit nubila vultu,  
 Et placatus ait: Vos, qui mea verba secuti  
 Duxistis rigidam sub iniquo tempore vitam,  
 Approperate velim, vestrorum justa laborum  
 Præmia capturi, vobis ab origine Mundi  
 Appromissa: meos quoties pavistis egenos!  
 Vestitu quoties texistis! quanta malorum  
 Agmina constanti tolerastis pectore! coram  
 Millibus adversis me glorificastis: amicos  
 Vertor in amplexus; vobis mea Regna redono.  
 Iudicio celebri finem subjunget utrumque  
 Iudicis effatum; quo factò denique nubes  
 Electos, sicut Christum super ardua celsi  
 Montis Olivarum, reapertis inferet Astris.  
 Jubila nemo potest, quibus istâ sede recepti  
 Cœtibus Angelicis, Patriarchis atque Prophetis,  
 Martyribusque sacris, Confessorumque catervis  
 Consociabuntur, mortali tangere sensu.  
 Hac Paulo testante meum superantia captum  
 Admiror tacitè, & supplex prostratus eundem  
 Dispensatorem, qui se redamantibus illa,  
 Quæ sensum superant, est collaturus, adoro.  
 Taliter Electis Cœlorum sede receptis,  
 Horrida tempestas duplicabitur: alta repentè  
 Ignibus ejectis os dilatabit Abyssus,  
 Et reprobos patulo deglutiet Orcus hiatu.  
 Hocque repentino claudentur sæcula fine.

Matt.  
 25.35

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO QUINTA.

S. JOANNES CAP. 8.

Erigens autem se Jesus dixit ei: mulier ubi sunt, qui te  
 accusabant? nemo te condemuavit? quæ dixit: Nemo,  
 Domi-

Domine. Dixit autem Jesus: nec ego te condemnabo de, & jam ampliùs noli peccare. &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus adulteram à datione liberat: in divite epulone & paupere Lazaro dicitur statem eterne mercedis; & quanto opere saluti invigilandum in quinque prudentibus & totidem fatuis Virginibus parabolam demonstrat.

**Q**uantus erat cæcæ spurcæque libidinis obsecrans. Tantus erat cordis contriti, Christus, amantissimus. **F**œmina conjugii nexu sociata marito Adversus thalami socialia jura nefando Nuper adulterio consortem læserat. Illa, Dum docet in Templo Salvator, vinceta rigoris Judicii subitura palàm producitur. Omnis Afflictam graviter, multoque pudore referta Turba sequebatur; Pharisaorumque Senatus Adductam, veluti cervam damamque molossorum Rictibus extensis, circumstant: mille gementibus Opprobriis, ipsi petulante cupidine pleni, Aggrediebantur; peccatricemque, salivâ Ac olido sputo conspersam, dira mereri Supplicia ajebant. Christus, qui perspicit alto Corda supercilio (quia noverat antè, quòd illa) Qui tanto fremitu miseram damnare parabant. Idem luxuriæ, qui mœcham, lancinet ardore Mitiùs aspexit gemebundam. Cùmque rogaretur An non conveniat deprénsam in crimine tanto Ad veteris legis normam lapidare? Redemptor Per circumstantes, quasi Majestate verendus, Circumagit vultum; mox inclinatus, arenam Inscribit digito, pleno quoque publicat ore, Ut, quicumque Patrum leges se tramite recedisse Decurrisse putet, puram finè crimine vitam

Joan.  
8.

Ducendo, primum festinet mittere saxum  
 In peccatricem. Ferit hæc sententia Christi,  
 Nescio, quo tonitru, Phariseos; quippe malignus  
 Conscia delicti rodebat pectora vermis.  
 Nullus erat scelerum purus: vesana libido  
 Urebat vegetos, & avaros divitis auri  
 Ambitiosa fames. Hinc dum Salvator in illos  
 Invehitur, qui se prætendunt lege solutos,  
 Ex accrescentis vulgi farragine sensim  
 Elabebatur Scribarum turba. Solutâ  
 Judiciï ferie, Christus rescire volebat,  
 Quis condemnâset convictam crimine scædo:  
 Nullus adhuc, replicat mulier; nam sola relinquo  
 Judiciï, jussisque tuis. Salvator eidem  
 Respondet: Nec ego te condemnabo; recede,  
 Sed correctâ cave recidivam: fune soluta  
 Criminis indigni, legem servare memento.  
 Justitiæ folium crebrò virtutis inanes,  
 Immeritiquæ suâ conspurcant labe Ministri:  
 Sæpe rei, quos dura ligat retinetque catena,  
 Non sunt tam graviter nocui plénique malorum,  
 Quàm multi, quorum jussis fors cæca tribunal  
 Supposuit, rerumque graves commisit habenas.  
 O Judex! Judex! quem culpa redarguit ipsum,  
 Cur tibi non eadem tribuis, quæ voce severâ  
 In tibi submissos jacularis fulmina fontes?  
 O excæcati! nunquid contraria nostris  
 Judiciis decreta Dei frustrantur? inane  
 Effugium novit scrutans præcordia: certè  
 Magnus erat stolidi Pharisei fastus, ad aras  
 Taliter orantis: Laudo te, Conditor Orbis,  
 Quòd non sim reliquis hominum, nec porrò teloni  
 Astanti similis: nam bis jejuno per omnem

Luc.  
 18.

He-

Hebdomadam, cunctis de de proventibus  
 Pauperibus decimam, legesque observo severas  
 Econtra timido Templi sacra gressu  
 Publicus ecce telon \* ingressus plangere noxas  
 Pectora contundens, humili sic ore precatur:  
 O Deus! esto mihi, culpæ quem pœnitet omnia  
 Propitius, noxasque reo dimitte dolenti,  
 Justificatus, ait Christus, peccator abibat;  
 Sed thrafo vaniloquus, priorum præco bono  
 Jure recedebat despectus. Sæpe rependunt (rum  
 In vivis Superi, si quid benefecit iniquus.  
 Vir celebris famâ, celsoque coruscus honore,  
 Divitiis tumidus, textoque decorus in auro,  
 Luc. 16. Inter continuos plausus vivebat: egenus  
 Divitis ante fores recubabat Lazarus, æger  
 Ulceribusque malis graviter percussus: alebant  
 Hunc inopem tenues \*\* boli micæque, cadentes  
 Ex mensa tanti comestatoris. Amicos  
 Non habuit pauper, nisi quosdam fortè molossos  
 Qui medicabilibus lambebant ulcera linguis.  
 Utque solet rerum Mundi variabilis ordo  
 Huc illucque vagâ fortis vertigine volvi;  
 Sic quoque subversis epulonis gaudia fatis,  
 Deplorabilibus simul interiëre ruinis.  
 Quippe reluctantem mors insidiosa sub ipso  
 Vere juventutis fuccidit: corpore raptus  
 In noctem tumuli; sed mens ad triste tribunal  
 Judicis austeri subito deducta, tremendum  
 Judicium patitur, Stygiisque immergitur undas  
 Lazarus econtra mortali carne solutus,  
 Elysiis illatus agris, Abrahæque receptus  
 In gremium, felix & consolatus, ovabat.

\* Ricciol. in Presod.

\*\* Græcè Βῶλος.

Hanc metamorphosin procul aspiciebat Avernii  
 Implicitus flammis epulo, tristisque rogatu,  
 O Abraham miserere mei! miserere meorum!  
 Vociferabatur; super asperitate dolorum,  
 Quos his sub specibus pateretur, multa querendo.  
 Sed rogat in cassum: siquidem responsa ferebat,  
 Quod vivus variâ cumulatus sorte bonorum,  
 Illicitos inter trivisset tempora plausus:  
 Lazarus è contrâ jugi sub mole, malorum  
 Liadem passus, Legi conformiter omni  
 Tempore vixisset: quapropter stricta severæ  
 Iustitiæ ratio deposceret, aspera passum  
 In vivis, solidâ post mortem pace beari;  
 Sed quem mundanâ sub prosperitate fugacis  
 Latitiæ fucus, Divinæ legis honore  
 Posthabito, stolidum recreâisset, nulla mereri  
 Præmia post mortem. Pergebat tortus in igne  
 Exorans, gelidâque, petens, ut Lazarus uno  
 In digito guttam sibi pro solamine ferret:  
 Sed quoque frustratus non concedenda petendo,  
 Instat, ut ad fratres, inter mera gaudia Mundi  
 Viventes, monitum mittatur Lazarus; illos  
 In melius vitam, si talis nuncius adfit,  
 Emendaturos, se certò credere clamans.  
 Sed patitur similem, dum postulat illa, repulsam:  
 Quippe refert Abraham, si nolint fidere Legi  
 Atque Prophetarum monitis, quis posse putabit  
 Hos emendari, quamvis ex morte resurgat  
 Terribilis monitor. Nervosè dicta sub imo  
 Corde, remansurus, \* rerum momenta reconde.  
 Quanta sub auditum veniunt persæpe stupenda!  
 Quanta sub intuitum! sed cur contemnimus illa,

L

Ceu

\* à remando

Ceu nōs omnino non concernentia? totum, Spen  
 Quæ vigilare monet, tangit sententia Mundu Mor  
 Multa sub illustri paritatis nube tegebat Deg  
 Mystica Salvator; siquidem dum summa mode Sec  
 Ingentis veri velabat tegmine, magnis Circ  
 Exercebatur stimulis attentio: dignis Exst  
 Clarior, indignis obscurior esse volebat. Sera  
 Quilibet interea duplicato lumine veri Ann  
 Irradiabatur, dum sufficientia, signis Degu  
 Millibus edocti, mediorum dona videbant. Nem  
 Christus enim communis erat Salvator, eosq; Effic  
 Quos Pater ex grandi nihilo produxerat olim. Prod  
 Mortis ab interitu satagebat reddere salvos. Filiol  
 Quare & delicias æternæque gaudia Cœli, Betha  
 Sub sponsalitiū festi velamine, Mundo Intui  
 Exhibet, & quæ sit ratio methodusque, futu Alti  
 Hujus inexperti festi convivia certò Et m  
 Lucrandi. Quinis salvandos comparat illis Quæ  
<sup>Matt.</sup> Virginibus, quarum prudens vigilantia, sponsus O Hi  
<sup>25.</sup> Expectans primo sub tecti limine, vivæ Illacr  
 Lampades ardentes fidei stat semper adornari Si co  
 At reprobos fatuis; quæ, postquam sponsus adde Quar  
 Exstinctis oleum cupiunt affundere lychnis. (Se Pro c  
 Prudentes illas admisit; at arcuit omni Occin  
 Accessu fatuas Cœlestis sponsus. Amara Quos  
 Et nimis infelix exclusio! dura, sed æqual Præte  
 Scimus enim, quanto Cœlestia Regna dol Sed f  
 Reddiderit nobis animarum sponsus; & ecce Ut ia  
 Nos insensati præsumimus absque labore Rum  
 Participes horum fieri! quis pigra coronat Hunc  
 Otia? quis tribuit perversis præmia? fortem Alloc  
 Vim patitur Cœlum! Cœlum rapiunt violent Te f  
 Et fidi ac vigiles intrabunt, Nemo reponat Com  
 Spa

otum, Spem vitæ solidi super integritate vigoris;  
 Mundum Mors graditur vasto pandens cava guttura rictu,  
 at Deglutitque viros, quos expectatio longæ  
 a modo Seduxit vitæ: tum ferus plangor, & atri  
 is Circumstant luctus: cupiunt acquirere lychnis  
 Extinctis oleum; sed transiit atria sponsus.  
 at. Sera emendandi vitam dilatio, culpæ  
 Annumeranda venit. Concurrent, quotquot an-  
 Degustare sacræ convivia Cœlica mensæ. (helant,  
 bant. Nemo repelletur, nisi quem fœcordia lentum  
 eosq. Efficit. Ecce Patrem, quamvis sis filius ille  
 t olim Prodigus, amplecti pronum! Chananæa reportat  
 l vos, Filiolæ, submissa preces iterando, salutem.  
 xeli, Bethaniæ sylvis & agris post terga relictis,  
 , futu Intuitus Solymam, sacræque palatia Templi,  
 illis Altius ingemuit Christus, fluidisque per ora  
 sponso Et mentum lacrymis, sacræ prænuntiat urbi,  
 æ Quæ sub terribili candent incude flagella.  
 lornam O Hierusalem, ait plorans, urbs inclyta Sancti,  
 us ade Illacrymor cæco, quo perderis usque, stupori!  
 nis. (Si Si cognovisses ostensæ signa salutis,  
 equal Quam felix, & tuta fores! sed luce repulsâ,  
 dolor Prò dolor! in celerem raperis malefana ruinam.  
 ecce Ut Occinuerè tibi crebrò lugubria Vates,  
 e Quos occidisti, nec me meliora manebunt.  
 at Præteriens vidit Zachæum corpore parvum,  
 rtem Sed flecti facilem, celsis insistere ramis,  
 iolem Ut faciem Domini, de quo tam mira ferebat  
 nat Rumor, conspiceret. Jesu mansuete, telonem  
 Spa Hunc (sibi qui magno, te cernere, ducit honori)  
 Alloqueris, celerique jubes descendere saltu:  
 Te fore convivam, spondes, te velle videri  
 Cominus, ac ejus domui benedicere. Lætus

Luc.  
19. 41.

Luc.  
19. 1.

Deferit is ramos, properatque, domestica tanta  
 Hospitis accessu confestim digna parare.  
 Nec sua pœnituit Zachæum tecta dedisse  
 Regis in hospitium, qui toti præsidet Orbis  
 Et peccatores contritos corde, pœrenni  
 Liberat interitu. Sic Zachæana recepit  
 Fortunata domus, Christo monitore, salute  
 Me quoque propitio, Jesu suavissime!  
 Aspice contritum, præsensque piacula tolle.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO SEXTA.

S. JOANNES CAP. 3.

**E**rat autem homo ex Phariseis, Nicodemus nomine,  
 ceps Judæorum. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit  
 Rabbi, scimus, quia à Deo venisti Magister: nemo enim  
 test hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum illo.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, Nicodemum de  
 prius, sed Phariseos de missione & reditu suo ad Patrem  
 instruit; propter sibi intentatam lapidationem verò ad Jerusa-  
 lem discedit, ubi multa edidit signa; & tandem Hierosolymam  
 rediens ibidem diuturnum paralyticum sanat.

Joan. 3. **E**x Phariseorum grege Nicaodemus\* honoratus  
 Præcellens reliquis, nequis resciret, ad Jesum  
 Tempore nocturno Dominum, dixitque: Magister  
 Te Cælo venisse patet, quia nemo patrare  
 Talia signa potest. Hæc sunt tantummodo parva  
 Christus ait; verum Cælorum Regna videre  
 Nemo potest, qui non fuerit, mihi crede, renatus  
 Hæc tua transcendunt captum documenta? Senile  
 Nicaodemus ait, corpus sub viscera matris,  
 Unde renascatur, quis credat posse redire?  
 Nicaodeme, tibi loquor indubitata, Redemptor

\* Ricciol.

Ingr.

ingeminat ; quem non Divinae Spiritus auræ,  
 Et sacra lympha lavat , talique renascitur ortu,  
 Nequaquam poterit Cœlestia Regna subire.  
 Nicolaodemus ait ; quid ? omissane lotio nostrum  
 impedit accessum ? Christus : Te tota Magistrum  
 insignem Judæa colit ; tamen illa sacrarum,  
 luce sub accensâ , tenet ignorantia rerum ?  
 quæ sunt hominum , nequeas transcendere  
 Quid fiet , si celsa Dei secreta revelem ? (captu,  
 quæ scio , confiteor ; quæ vidi , testor apertè ;  
 sed licet hæc eadem repetam , vix audior ulli.  
 Filius Excelsi descendit ab Æthere , rursus  
 ascensus eò , postquam serpentis adinstar,  
 quem vetus in sterili Moses suspendit eremo,  
 exaltatus erit. Tanto dilexit amore  
 se Deus mortale genus , Cœlesti ut ab arce  
 miserit Unigenam , qui salvet sæcula ; restat,  
 ut credatis ei : qui desidiosus ad illa  
 dicitur , infelix æternâ clade peribit.  
 Taliter edoctus felix Phariseus abibat ;  
 et sua promovit Divina negotia Christus.  
 vadat , & assiduo tentat convertere nisu,  
 quos errare videt : Patrem sibi dicit adesse,  
 et se vera loqui. Phariseos culpatur ; inanes  
 confirmat insultus ; quia nondum venerat hora  
 martyrii. Repetit , quòd vadat , sæpe ; dolendo,  
 sollicitè quòd nemo roget , quò tendat : iniquos  
 ignorare refert , quò se sacra fata reducant.  
 stantes dubii , quæ sit mens tecta loquentis, <sup>Joan.</sup>  
 an fortasse manus sibi vult inferre , rogabant ? <sup>8. 22.</sup>  
 O stupidi ! qualis , qui vobis illa revelat,  
 sit , cognoscetis , postquam crucifixus obivit.  
 complures Christus tantâ gravitate loquendi

Ad se convertit ; sed dum prolata sinistra  
 Suscipiunt multi, sermonis vertitur ordo  
 In grave certamen: furit indignatio vulgi,  
 Et Samaritanum, contradicente repletum  
 Dæmonio, vocitans, stridentia saxa merentem  
 Qui se Thariade seniore vendit, inquit  
 Jam parat effectu Dominum lapidare ; sed  
 Elabens oculis, uno disparuit ictu.

Hoc posito sævi fervoris turbine, Christus  
 Ad loca sacra redit ; se prædicat esse fidelem  
 Pastorem, qui ritè suum tueatur ovile.

Joan.  
10.

Non infidus ego sum mercenarius, inquit  
 Qui veniente lupo fugitat: sum Pastor inemptus  
 Cujus oves propriæ; vocemq; ego nosco meæ  
 Nec proprias aspernor oves, solasve relinq;am  
 Sed præcedo lubens, licet in me turba luporum  
 Irruat, ad mortem semper tuiturus ovile.

Errat ovis casu; non cesso requirere, donec  
 Impositam scapulis ad pascua tuta reducam  
 Hæc iterum sincera movet facundia rixas:

Joan.  
10.18.

Delirare putat Jesum pars una, vel atro  
 Dæmone turbari: pars altera damnat iniquam  
 Qui tantum probris cupiunt temerare Prophetam  
 Hic, ajunt, cæcis ocalorum reddidit usum  
 Prodigisq; suis populos stupefecit ubique  
 Hæc quis Dæmonio tribuet miracula? verum  
 Pars bona vix poterat turbam prohibere male

Quin lapidaretur Jesus: qui dixit eisdem: (nec  
 Me benefactorem lapidare paratis? at illi:

Joan.  
10.32

Non benefactorem te, sed quia Numen habes  
 A populo blasphemus amas. Si credere verbum  
 Detrectatis, ait Jesus, modò credite signis  
 In me Cœlestem verè cognoscite Patrem

Vivere, meque simul sub eodem pectore Patris;  
 Ambo sumus, nunquam rumpendo, fœdere juncti.  
 Santa peroranti laqueos immittere tentat  
 Turba ferox: sed eis pariter subductus, eremum  
 Jordanis repetebat, ubi confederat antè  
 præcursor Domini, populos dum tingeret undis.  
 Non latuit genuina Dei Sapientia: pressi  
 Turmatim veniunt, consolatique recedunt.  
 Quisque fatebatur quoque, quòd Baptista Joan-  
 nuper fatidico prædixerit ordine cuncta, (nes  
 Quæ modò conspicimus re verificata; sed omni  
 Abstinet signo, contentus vivere tristi,  
 Ut præcursorem decuit, sub mole laborum;  
 Quippe salutiferum fas est præcedere tempus,  
 Quo nos pœniteat graviter peccasse; canoro  
 Quod toties populis prædixerat impiger ore.  
 Christe redemptorum requies, & vita tuorum!  
 Da cor contritum, veris assuescere mentem,  
 Da tua jussa sequi. Volumus! succende patentes,  
 Ne tepor irrepât, justo fervore medullas.  
 Officio doctoris adit functurus eremum,  
 Ut luctis animum queat obfirmare futuris:  
 Dumque redemptoris munus complere laborat,  
 Ingreditur latebras, ut ad hæc tristissima rerum  
 Fata ferenda suas vires animumque labantem  
 Fortificet, donoque Dei sua pectora firmet.  
 Non potuit noster nimium diuturnius abesse  
 Salvator Solymis; etenim Patris alma trahebat  
 Hunc domus, et tacito rapiebat Spiritus æstu:  
 Sacra sed ingressus venerabilis atria Templi,  
 Mutua cernit ibi tractare negotia cives:  
 Indignumque ratus, Divi sacraria Templi  
 In fora sacrilego converti more, jubebat

Joan.  
10.40.

- Joan. Vendentes exire foràs; turbásque monebat, Accl
2. Esse domum Domini, quæ respuat omnia, Inco  
 Sint permiffa foris, non concernentia Divos. (qua  
 Increpat astantes Pharifæos, Lege peritos, Imp  
 Et quoscunque videt populo dare jura, monent Fact  
 Ne domus alma Dei fiat spelunca latronum, Prod  
 Attoniti Proceres obsistere talibus ausis Sabb  
 Nequaquam poterant; justoque timore repleti Sana  
 Quod modò contigerat, tacito sub corde premit Lang  
 magna subingreditur paulatim turba, nocivis (ban  
 Diversisque malis onerata, petuntque salutem Post  
 Accessu facilis Salvator curat, & omnes Quer  
 Submovet angores, contractos erigit, omni Chri  
 Orbatis visu restaurat lumina, claudos Pror  
 Restituit pedibus, plenos Cacodæmone primo Ergo  
 Liberat attactu, cunctisque docendo, medendo Quos  
 Exhibet auxilium. Jesu, fons verus amorum! Illoq  
 Languores patior; serpentis torqueor: ictu: Ne f  
 Antidotis opus esse reor; succurre! malorum Quid  
 Vipeream compesce luem, dissolve mearum Esti  
 Vincula noxarum: Jesu! mens æstuat, uni Noti  
 (Ah disrumpe moras) Jesu! tibi fœdere jungi. Libe
- Joan. 5. Non procul à Templi foribus piscina quotannis Offic  
 Mota semel tactu Genii Cœlestis, ab omni, Quos  
 Qui prior intrabat, vacuum languore remisit, Num  
 His, inter plures ægrotos, accubat undis Dign  
 Vir pius, octo super ter denos languidus annos; Marn  
 Semper in adventu Genii præventus; anhelans Ingra  
 (Fidendo Superis, nec desperando) salutem. Conq  
 Egressus sacris Salvator transit, amico Munc  
 Intuitus miserum vultu, rogitansque jacentem Qui f  
 Vis sanus fieri? pauperculus ore levato, Ferre  
 Mille, volo, linguis, si tot natura dedisset, Damo

Acclamâset ei : jubet ergo surgere Christus  
 incolumem, atque saum simul asportare graba-  
 tos. Impiger obsequiis, & toto corpore sanus (tum:  
 Imposuit scapulis lectum, lætusque recessit.  
 Factus in occursum Scribarum cœtus inaudit  
 Prodigii seriem; stupefit; sed ferre grabatum  
 Sabbaticâ illicitum prætendit luce: reponit  
 Sanatus: Qui me diuturnâ mole levavit  
 Languoris chronici, mihi tollere triste grabatum  
 Præcepit; cuius sacris obtempero jussis.  
 Post horas aliquot Templum sanatus adibat,  
 Quem dum conspexit, quâdam gravitate loquen-  
 omni Christus adhortatur: Nunc es virtute supernâ (di  
 Prorsus ab antiqui languoris tabe solutus;  
 Ergò recorderis: noli te nexibus ullis,  
 Quos tibi subtendit reprobi fallacia Mundi,  
 Illaqueare: fugam scelerum commendo severè,  
 Ne forsan peior feriat te turbo malorum.  
 Quid sibi vult acris celebrisque hortatio, Musa?  
 Et si causa latet; tamen hanc me judico Mundo  
 Notificaturum; quòd, si quem gratia Cœli  
 Liberet interitu, justo teneatur amore  
 Officii meminisse sui, meminisse dolorum,  
 Quos parat ingratis clementia læsa supremi  
 Numinis. Ecce malis cohibendis moribus apta,  
 Dignaque perpetuo quæ conscribatur in ære  
 Marmoreâque petrâ, monitorum clausula: certè  
 Ingratos odit Cœlestis curia; & inde (profos  
 Conqueritur Christus, quòd cum bisquinque le-  
 Mundâset putridâ scabie, vix unus adesset,  
 Qui sibi collatam Cœlo tribuente salutem  
 Ferret in acceptis Domino. Speciale superbi  
 Dæmonis archetypon mihi transfuga creditur ille,

Qui post acceptam veniam peccata retentat,  
 Nónne Creatori Satanas injurius, arsit  
 Ingrato fastu, cùm tot decoratus honorum  
 Dotibus eximius, Procerum primarius, almo  
 Se benefactoris Genito exæquaret? Inulta  
 Non manet ambitio, nec gratia spreta Tonant  
 Si mea, quæ toties repetivi, crimina serum  
 Duco sub arbitrium, magnis me turbo procel  
 Involvit; gravibusque minis (quas Christus in illis  
 Qui modò depositis iterata piacula noxis  
 Turpiter adjungunt, austero detonat ore)  
 Concutior. Spes illa mihi, quòd Sponsus amoris  
 Nondum transierit, submittit robora: quare  
 Lampadibus vacuis affundam pabula; porta  
 Proximus astabo; ventos, quos excitat Orcus  
 Ne rapiant flammæ, sacrâ vigil ægide pellam  
 Non deerit votis Christus; sua brachia dudum  
 In cruce confixus pandit, nec contrahet illa,  
 Si contritus adest peccator. Currite, vestras  
 Plangentes animæ noxas; Geniúsque beatis  
 Pectore contrito nova gaudia conciliate.  
 Latantur Superi, si quis par fortibus ausis  
 Disrumpat laqueos scelerum, frontemq; tremens  
 Adversus Stygios Lemures Mundique tumultus  
 Nunquam respiciens retrò, Crucis omine firmo

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO SEPTIMA.

S. MATTHÆUS. CAP. 13.

**E**cce exiit, qui seminat, seminare: & dum seminat, quæ  
 dam ceciderunt secus viam; & venerunt volucres Cæli  
 & comederunt ea. Alia verò ceciderunt in petrosa, ubi  
 habebant terram multam; & continuo exorta sunt.  
 Sole autem orto æstuaverunt: & quia non habebant radice  
 aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas; & creverunt

na, & suffocaverunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum. &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus seminanti agricola se æquiparat; mulierem spiritu infirmitatis per octodecim annos miserè laborantem, & hydropicum in momento sanat; Pharisæos de indiscreto sabbatorum zelo manifestè convincit; & auditores turmatim accurrentes concione plenâ affectu ad virtutes adhortatur.

**H**umanum cor Christus agro; sua dogmata spar-  
Seminibus; sed se vigilantibus comparat ipsum (sicut  
Agricolæ, qui lata suo colit arva labore.

Optima continuas hæc æquiparatio curas  
Exprimit, & monstrat, quali sub tempore messis  
Disparitate labor duri pensetur aratri.

Sparsa penès tritos calcantur semina calles,  
Vel deprædanti volucrum rapiuntur ab ore.

Jacta super lapides torrenti Sole gradatim  
Arescunt. Insperfa rubis, tribulisque renatum  
Enecat in tenebris lolium; sed nacta benignam  
Frugiferæ telluris opem, sua divite cornu

Emolumenta ferunt. Positi propè compita campi  
Sunt, quos cura frequens conculcat, opumq; cupi-  
Credentes avidè ad tempus, sunt terra petrosa, (do-  
Qui radice carent, quos mox tentatio frangit.

Sub tribulis latitant, quos copia magna bonorum  
Non finit ad Superos faciem convertere. Tellus  
Illa bonæ nomen fortiri jure videtur,

Quæ bene culta refert fructus pro mole laborum:  
Hi sunt electi, qui semina sparsa fideli

Suscipiunt animo, radices figere curant,  
Calibus adversis majores, omnia Mundi  
Cælo postponunt, ac implent horrea fructu.

Hi thesaurizant Superis, vindemia quorum

Matt.  
13.  
Luc. 8.

Im-

Implebit Domini cellas & dolia vino.

Siqua gravat sinè spe fructûs ficulnea terram,  
Excindenda; locum fac fertilis occupet arbor.

Luc. 13. Octodecim quædam mulier fuit ægra per annos

Quam juvat attactu Christus; sanata favorem  
Agnoscit, gratèsque Deo lætissima solvit.

Indignatur huic Synagogæ Præses, & inquit:

Sex quæcunque dies operi fert hebdomas aptos:

Majores solis tribuerunt Sabbata Divis:

Cur has transgrederis sacro sub tempore leges?

Christus ad insultum Pharisæi: Nunquid a sellam

Vespere sabbatico præsepis fune solutum,

Ut bibat, ad fontes adducitis? ecce per annos

Octodecim solidos, Abrahami filia nexus

Pertulerat Satanæ; quis demonstrabit iniquum

Tempore sabbatico constrictam solvere? Nemo

Amplius opposuit liquidis contraria dictis;

Sed puduit coram populo movisse finistrum

Litigium, causamque brevi cecidisse repulsâ,

Traxit in applausum dictorum gloria cives;

Et quæcunque sacris exhibant mystica labris,

Admirabantur. Pharisæi postea vafre

Luc. 13-31. Insinuant Christo: Fugiens hinc ocyus exi;

Nam Rex Herodes te vult comprehendere; teque,

Non secus ac nuper demessuit ense Joannem,

E medio talem, qui concitet oppida, Vatem

Tollere. Christus ait: Fallaci dicite vulpi

Hæc, quæ vidistis: nec me pavor occupat; ibo,

Quò me jussa Patris ducunt. Periisse Prophetam

Extra Hierosolymam, casus vix contigit unquam.

Illic martyrii me proxima scena manebit.

Strenuitas Domini, quâ confundebat apertè

Scribarum Proceres, non impediēbat iniquos,

Qui

Quominus accirent ad prandia sæpe Magistrum:

Cumque rogaretur communiter inter agendum

Sabbaticos ritus; quidam veniebat hydrope

Turgidus, assiduo fletu rogitando salutem.

Christus ad astantes conversus quærit, an illo

Tempore conveniat pressis afferre medelam?

Confusi stupuere viri; tacitique recusant,

Tempore sabbatico concessum, posse mederi.

Ille tamen solo tactu sanavit hydropem;

Adjunxitque: Viri, quis vestrum tempore sacro

Illapsum puteo brutum salvare moratur?

Lex amat, ut nimio zelo discretio, mater

Virtutum, rectæ rationis jungat habenas,

Instituit Dominus requiei tempora, postquam

Confecisset opus Mundi; simul ipse quievit:

Attamen æthereos volvi non impedit orbes;

Sol graditur jugi discernens tempora motu;

Luna suos nunquam retinet per sabbata cursus;

Nullâ subtrahitur vice munificentia Cœli (gnum,

Terrarum populis: hinc nunquam culpo beni-

Quo meus in Christo mihi proximo ardet, amorem.

Explicito legum sensu, frænanda manebat

Ambitio Cleri; quam præcedentia, nugis

Equiparanda, dedit. Postremos Christus amabat

In prandendo locos, suadensque extinguere fa-

Insinuabat, eos, qui compatiuntur egenis, (stum,

Esuriemque levant, Cœlorum Regna mereri.

Fortuito quidam raptus pietate reponit:

O ter felices! qui cum Cœlestibus escas

Participant, gustantque Dei convivia! Christus:

Hæc sunt vera quidem, sed quæ narravero, pensa:

Vir quidam Princeps convivia lauta parabat

Divitibus populi; sed dum causantur inertes,

Luc.  
14.

Luc.]

14.15.

Ac

Ac oblata sibi contemnunt prandia, jussit  
 Acciri claudos, & quos urgebat egestas,  
 Implerique domum miseris: quid, credis, ad umbra  
 Hæc paritas? Christus convivia magna paravit  
 Progenitis Abrahæ; sed dum virtutis avitæ  
 Immemores, stolido Divorum prandia fastu  
 Contemnunt, sacras peregrinis obtulit escas,  
 Et dedit æterno Superis convivere plausu.  
 Cùmque salutato discederet hospite, multa  
 Turba sequebatur, cupiens conjungere fidos  
 Se tanto comites auditorèsque Magistro.  
 Christus adhortatur, sed conditione severâ  
 Insimul adjunctâ: Quisquis meus expetit esse  
 Discipulus, toti debet valedicere Mundo,  
 Ac humeros aptare cruci, nec dura vereri.  
 Innocuis similes infantibus esse volebat  
 Discipulos; aliam Cœlorum regna merendi  
 Intrandique viam reperiri posse negabat.  
 Si fratrem labi contingat, suadet, amicè  
 A lapsu relevare statim, citiusque reductum  
 Lucrari Cœlo. Statuit, quemcunque teneri  
 Pro sibi commisso Superis servire talento;  
 Nec vacuum culpâ, si quis commissa talenta  
 Abscondens strophio, cesset superaddere lucrâ  
 Se tenui grano frumenti comparat inde, (grano)  
 Quod manus agricolæ fœcundum spargit in arva  
 Hoc granum moriendo ferax & fertile frugum  
 Efficitur, tumuloque suo locupletius exit;  
 Sic quoque per mortem, quam mox obiturus ante  
 Se fore frugiferum, se latos messibus amplis  
 Accumulaturum campos Cœlestis Olympi.  
 Quò propiore gradu dirissima passio Christi  
 Accelerabat, eò sacram ferventiùs arsit

Luc.  
14.26.

Matt.  
18.3.

Joan.  
12.24.

Dilatare fidem ; cujus primarius author  
 Fundamenta novo solidavit munere , binos  
 Ac decies septem cum designavit Iesus Luc.  
10.  
 Discipulos , socios animarum messis , eosque  
 Ante suam faciem binos præmisit in omnes  
 Urbes ac vicos , quò post fuit ipse secutus.  
 Erumnis demum pressos solatus , & illis  
 Dulce refrigerium , pressurarumque levamen  
 Pollicitus ; Patri , quò tam manifesta salutis  
 Dogmata celarit Mundi sapientibus , offert Luc.  
10.21  
 Innumeras grates , magnæque encomia laudis.  
 Quis non cognoscit placidi cor mite Magistri ?  
 Diligit immeritos , solumque reposcit amorem.  
 Non nisi suave jugum nobis imponit , onusque  
 Haud grave , quod sequitur requies æterna , Fideles  
 Observatores lex immaculata decore  
 Exornat , certosque facit , sub fine laborum  
 Esse coronandos merito diademate . Totus  
 Tanta perorantem , vix orto fidere , Mundus  
 Auditum currit , redit inde cadentibus umbris :  
 Sicut agit levibus per sera crepuscula pennis  
 E pastu volucres ad sueta cubilia vesper.  
 Progeniti referunt audita parentibus , illi  
 Vicinis , talique gradu pia fama cucurrit  
 Per quoscunque locos ; auxit præsentia famam.  
 Felices illi , qui tali nectare pasti,  
 Instar apum redeunt , & odori mellis acervos  
 Apportant aliis : hi sunt , qui lucra Magistri  
 Amplificare student , & quos fraterna , remotos  
 Ut sibi confocient agnos , dilectio ducit.  
 Si commissorum profugi Rex arbiter ævi  
 Lucra talentorum pensabit lance ; beatos  
 Hos fore Discipulos , me iudice , nemo negabit.

Quan-

Luc. 19.10 Quando vel unius reprobī conversio totum  
 Exhilarat Cœlum, sicut Scriptura fatetur,  
 Ecquid Apostolicos plenos fervore Magistros  
 Effecisse putas, qui tot centena malorum  
 Millia perductis ad frugem moribus, Astris  
 Associaverunt? positos in margine Mundi  
 Xaverius celeri raptu penetravit ad Indos:  
 Maxima messis ibi; Baptismi fonte lavandus  
 Millio, currebat. Sinas, nisi flamina vitæ  
 Mors abruptisset, Christo sociasset amicos,  
 Quæ fuerit ratio, quòd vir zelosus in ipso  
 Progressus fervore suos exhausserit annos,  
 Res ignota mihi, solique recognita Cœlo.  
 Multa parant Superi nostros fugientia sensus  
 Quæ tandem pulchro connexa ligamine, tota  
 Fatorum seriem monstrabunt ordine Mundo.  
 Multa suis noster, quæ Pagina sacra recenset  
 Consuetâ brevitate, dedit documenta Redemptio  
 Plurima constituit, quæ traditione fideli  
 Ad nos devolvit sapiens Ecclesia Mater,  
 Quam temerare nefas; cùm Christus dixerit ipse  
 Hanc invincibilem durare in sæcula, quidquam  
 Horrificum validumq; nigri crepet Aula Tyranni  
 Non opus est multâ cum sedulitate profundas  
 Scrutari causas, cur non prolixius illa,  
 Quæ tot dissidiis ansam partumque dederunt,  
 Sint conscripta? rogo; Solymis sua dogmata Christus  
 Fufius exposuit; sed quid facundia nullis  
 Circumscrip̄ta modis, Procerum reboante Senatu  
 Parturiit? cecidère super mera marmora sacra  
 Semina doctrinæ; Stygiarum turba voluerunt  
 Depastura ruit, jacto vix semine, messem.  
 Sic frustratur opus, Divinæ spiritus auræ

Fæc

fecundare potest humani pectoris agrum,  
 Ut ferat optatos ex sparso semine fructus.  
 Hac Solymæorum durissima corda protervos,  
 Credo, repræsentant quâdam sub imagine nostri  
 Temporis hæreticos, qui traditione sepultâ  
 Ex scripturarum mutilatis textibus umbras  
 Errorum, sensûsque vagos stabilire laborant.  
 Absit, ut astipuler reprobatis sensibus! illa  
 Sunt placitura mihi, quæ vult Ecclesia, Mater  
 Immaculata, suos sincerâ Lege doceri.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO OCTAVA.

S. MATTH. CAP. 20.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis  
 suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei:  
 Quid vis? ait illi: Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus  
 ad dextram tuam, & unus ad sinistram in Regno tuo. Re-  
 spondens autem Jesus, dixit: Nescitis quid petatis: potestis  
 bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possu-  
 mus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis; sedere autem  
 ad dextram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis,  
 sed quibus paratum est à Patre meo.

SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus, ultimâ vice ascen-  
 dit Hierosolymam; explicitè prænuntiat Discipulis suis Pas-  
 sionem suam; matri filiorum Zebedæi seriò respondet ad interpo-  
 sitam petitionem; Cœlestem Patrem œconomò cum operariis suis  
 rationem ineunte comparat; & Sadduceos manifestè convincit.*

Sol ter Zodiacum, procul aspiciendo docentis  
 Christi sudores, absolverat; ecce futuri  
 Tempora festinus parat accelerare doloris.  
 Hinc Jerichuntinâ, postquam sua lumina binis  
 Reddiderat cæcis, discessit Christus ab urbe,  
 Discipulisque suis querulo sermone recenset;

M

Nunc

Luc. Nunc Hierosolymam proficiscimur, ecce supremum  
 28.3<sup>h</sup> Luctibus impositum colophonem: qualia verum  
 Prævideamus ibi rerum momenta, docebo.  
 Gratus ero Solymis populo; sed livor, & in  
 Lege peritorum populi subvertet amorem.  
 Infidiabuntur lasso; tacitosque recessus,  
 Quos sequar orandi studio permotus, avarus  
 Discutient nacti ductorem: vincula capto  
 Injicient; vinctum sero sub tempore noctis  
 Ad fora Pontificum deducent: falsa loquentes  
 Substituent testes, ad quorum dicta profana  
 Ut me submoveant crudeli funere mortis,  
 Judicibus tradent. Hi me, fervore coacti  
 Seductæ plebis, quatient cadentque flagellum  
 Mæque coronatum spinis, post mille dolores  
 Damnabunt mortis: crucifigent inter iniquos  
 Latrones medium; Cælo, Terræque stupent  
 Immensæ feritatis opus, tragicique doloris.  
 Emoriar; mæstoque redux ex funere surgam  
 Mors mea, vita bonis; reprobis mea vita perennis  
 Interitus. Fratres, hæc notificata relato  
 Ad Superos animo pensate fideliter. Illi  
 Hæc portenta putant non eventura Magistro,  
 Qui tot prodigiis toti benefecerat urbi:  
 Magna reservari, qui fecit magna, putabant.  
 Matt. Hinc Zebedaiadum genitrix submissa precatur  
 20.20. Ut, quos in socios nuper legisset, eosdem  
 Conregnatores sibi consociaret utrimque.  
 Non animadvertunt, hæc ambitione resultat  
 Quod præjudicium reliquis confratribus: unde  
 Extinxit litem Christus, quærendo: Maria  
 Multa rogas! poteruntne tui mea fata subire  
 Difficilèmq; mei calicem gustare doloris,

Progeniti ? quam dura pati tormenta coarctet,  
 Fufius explicui ; quem non veftigia terrent ?  
 Conturbata gemit mulier ; fed corde refumpto,  
 Depositoque levi , qui titillabat , honoris  
 Aucupio , lacrymis Domino refpondet obortis :  
 Non deerunt juffis , tibi fanctè fpondeo , triftem  
 Evacuaturi calicem , quem primus acerbâ  
 Fellis amaritie plenum gustabis ; ad illa  
 Omnia , quæ toleras , pariter toleranda parati,  
 Dummodo respicias oculis utrumque benignis.  
 Chriftus ad oppofitum gemebundæ matris amorem  
 Suaviter adjungit : Poterunt tua pignora triftem  
 Martyrii cafum , qui me difjunget ab illis,  
 Intuitu proprio cognofcere , meque Magiftrum  
 In fimili , fi fata ferant , & poftulet ordo,  
 Afperitate fequi : fed cur , quod inaniter urges,  
 Hæc quæ concernunt Patrem , tibi danda rogâfti ?  
 Terreno nequeunt librari jura Tonantis  
 Arbitrio. Monitis mater contenta quievit.  
 Difcipulos verò , mala quos contentio movit,  
 Juffit adhortando , nunquam patrare nefandum  
 Ambitionis opus : fervitum mittimur , inquit :  
 Nolo miniftrari ; minimis impertior omne  
 Obfequium famulis , animam pofiturus , ut illi,  
 Quos Pater elegit , Cœlefti fede fruantur.  
 Aufcultate mihi ! Cœleftem comparo Patrem  
 Oeconomio vigili , qui primo manè colonos  
 Conduxit varios , quorum folertia lata  
 Vincti spatia & coopertos palmite colles  
 Excolat : ivit amans curæ juftique laboris,  
 Conduxitque viros , qui primum Solis ad ortum  
 Juffa fequebantur ; bis , térque , quaterque rediit  
 Ad fora , conductum plures , licèt altior iret

Matt.  
 20. 1.

M 2

Phœ.

Phœbus, & ingrueret serotina vesperis hora.  
 Post facis occubitum, servos mandavit adesse  
 Oeconomus, qui pacta dedit sua præmia cunctis  
 Conducti promissa quidem sibi munera solvi  
 Aspiciunt; sed dum postremo tempore missis  
 In vineta, vident æqualia præmia reddi,  
 Indignabundi super imparitate laborum (tur  
 Et mercede pari, cum murmure multa querun.  
 Sed mala fervorū reprehendit murmura prudens  
 Oeconomus: Quid verba crepant, dum iusta tulistis  
 Præmia? de reliquo manus est mihi libera; dono  
 Pro lubitu, vestroque nihil de munere demo.  
 Vos oculis nequam, quia sum bonus? ite quieti  
 Contentique datâ pactâ mercede laboris.  
 Quod suprema Dei concedit gratia, nullo  
 Vendico jure mihi; sum servus inutilis, omni  
 Contentus fato: satis est, nimumque quietus  
 Cum Superis vivam, postremâ sede locandus.  
 Omnibus alma patet Cœlorum Regia: prima  
 Sors dedit Hebræis; sed eis renuentibus, ingent  
 Innumerabilium populorum turba replebit,  
 Disponente Deo, viduata sedilia, Christus,  
 Hanc fati seriem solitæ paritatis in umbra  
 Subjiciens oculis, Regem connubia Nato  
<sup>Marr.</sup> Instituisse refert, ad quæ celebranda vocavit  
<sup>22.</sup> Primores regni: sed dum sprevisse paratas  
 Hos invitatos epulas videt, atque vocantes  
 Afflixisse suos famulos, plagisque gravatos  
 Occidisse; suas accivit ad arma cohortes,  
 Aggressusque gravi delēvit clade rebelles.  
 Factâ strage, suos per compita quæque vagant  
 Imperat accensos, ut, quos fortuna dedisset  
 Ad sponsalitiæ deducant fercula mensæ,

Regia repletur ; procedunt festa ; sed unus  
 Accubuit mensæ , quem Rex compellat : Amice,  
 Cur huc intrâsti , nullo speciosus amictu,  
 Plenus spurcitiis , olido nidore molestus  
 Ingratusque mihi ? dehonestas prandia Regum :  
 Ocyus indignum laqueis innectite, servi,  
 Comestatorem ; protrudite subter opacas  
 Carceris obscuri tenebras , ubi stridor & horror  
 Concutiunt dentes , & lumina fletus inundat.  
 Ex compendiolo paritatis tota relucet  
 Effigies operum Christi , graviûmque laborum  
 Pro convertendâ Solymæâ gente , sinistro  
 Exantlatorum successu ; flebile drama  
 Excidii , quo mota locis urbs tota periret ;  
 Denique fera licèt , sed plena vocatio Mundi  
 Totius , nullis ( ô consolatio felix ! )  
 Gentibus exceptis. Populi gaudete ! reclusa  
 Noctes atque dies patet almi janua Cœli ;  
 Sed meminisse velim, decoranda palatia summi  
 Principis omnigenæ virtutis veste decenti.  
 Hac circumstantes Scribæ sibi symbola jure  
 Appropriant , cupiuntque vafri seducere Jesum ;  
 Ut, quia verborum strinxisset fulmine Clerum,  
 Cæsareum pariter tentet temerare decorem.  
 Hoc exploratum , blandâ sub fraude , ministros  
 Ad Salvatorem mittunt , & comiter orant,  
 Ut , quia veraci contemneret ore favores,  
 Responsum proferre sibi dignetur , an æquum  
 Judicet , Augustis solitum numerare tributum  
 Cæsaribus ? Christus respondet : Hypocriti pleni  
 O simulatores ! quid me tentare venitis ?  
 Cæsarei censûs mihi demonstrate numisma.  
 Intererant missis comites Herodis alumni

Matt.  
 22.16.

Et Pharisaorum tyrones, verba notatum,  
 Quæ Christus super hac rerum gravitate dediffi  
 Attendunt avidæ vulpes, monstrantque numifir  
 Cæsaris: hoc Dominus benè contemplando rogaba  
 Quem notat effigies? quid vult inscriptio numm  
 Illi, Cæsaream faciem titulúmque referre,  
 Respondent. Christus: Res est decisa; proin  
 Reddite Cæsaribus, quæ sunt reddenda, Deo quæ  
 Quæ reddenda Deo. Fallax confusa rubore  
 Turba recedebat. Tunc Christo denique casti  
 Hunc Sadducæi proponunt: Lege docemur,  
 Si tuus improlis, surreptus funere, frater  
 Decedit, viduam tibi consociare memento:  
 Contigit hic nuper casus specialis: obibat  
 Frater, & improli viduæ pro lege secundus  
 Conjungebatur frater; successit eidem  
 Tertius; & tali succedunt ordine septem  
 Hoc in conjugio fratres: viduata maritis  
 Fœmina decedit. Jam quæstio nascitur ancep  
 Si, quod concedunt plures, post fata resurgu  
 Defuncti, cujus mulier reputabitur uxor?  
 Hoc sibi propositum dubium, casumq; Redemp  
 Taliter ex ipsâ dubii radice resolvit:  
 Nulla penès Superos dantur connubia; casta  
 Angelicæque pari vivunt habitudine mentes,  
 Corporibusque suis conjunctæ nulla deincep  
 Instar spirituum, tractant commercia carnis.  
 In dubium trahitis defuncta resurgere membra  
 Spémque futurorum? vobis Scriptura reclam  
 Cùm Deus ipse Deum se prædicet esse vetu  
 Thariadæ, veterúmque Patrum, quos vivere cer  
 Credimus. Ergò Deus vivis dominatur; iner  
 Non regit extinctos, nec inanib9 imperat umbra

Matt.  
22.24.

Quos sepelivistis, reparato corpore vivent.  
 Attonito cives oracula tanta stupore  
 Admirabantur. Volitat mox fama per urbem,  
 Quòd Sadducæis sint ora coërcita; namque  
 Sadducæorum Pharisaorumque senatus  
 Semper in oppositos Scripturæ dogmata sensus  
 Vertere solliciti, collidebantur ubique.  
 Hinc placuit primis, quòd dexteritate docendi  
 In media Christus convicerit urbe secundos.  
 Quod tamen invidiæ, quo grex ardebat uterque  
 Adversus Dominum, nusquam compescuit ignem.  
 Continuata furit fallax tentatio; quidam  
 Magnus legis Doctor simulando rogabat Matt.  
 Judicium Domini, quæ sit lex maxima legum? 22.35.  
 Ore potens Christus Doctori replicat: Illa,  
 Quæ jubet ex totis Dominum redamare medullis,  
 Assimilatur huic lex, quæ nos cogit amare,  
 Tanquam nos ipsos, nostros quoscunq; propinquos.  
 Hac duo cunctarum statuo compendia legum.  
 A Pharisaorum cœtu mox noster anhelat,  
 Ex quo descendat Christus, novisse Magister.  
 Respondent scioli: Patet; ex Davide Redemptor,  
 Res, ait, obscura est; Christum Psalmista fatetur  
 Esse suum Dominum: si natus; quomodo patris  
 Esse potest Dominus? Confessus rostra premo  
 Conticuit. Jesu! quem juxta sanguinis ortum  
 Ex Davide quidem, sed pro Deitate supremi  
 Progeniem Patris colimus, miserere tuorum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO NONA.

S. MATTHÆUS CAP. 21.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in viâ; alii  
 autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in  
 viâ:

M 4

viâ:

viâ: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hofanna Filio David! benedictus, qui venit in nomine Domini: Hofanna in altissimis! &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus in Bethaniam reversus à Maria Magdalena in vivis ultimò ungitur; Solyman sub populi applausu ingressus mirificè concionatur; & cum proximâ Synagoga invidia, instabilem totius urbis favorem, & æriduanam approbationem sibi conciliat.

**J**oan.  
12. **B**ethaniam rediit brumâ cedente Magister Christus, & à Martha, Marthæq; sorore benigno Hospitio susceptus, uti pro more solebat, Magdalidem, dum Martha suo studiosa vacaret Officio, sanctis instruxit moribus. Illa Inter cœnandum fragrantia balsama nardi Affundit Domini pedibus, passisque capillis Tergit: aromatico domus implebatur odore. Taxat hypocritico oculorum præses avarus Iscariota modo, & sanctum fugillat amorem, Quo benefactorem fratris, tantumque Magistrum Complectebatur mulier conversa: putatque Pauperibus pretium, quo possint balsama vendi, Utiliore bono donari posse. Redemptor Arguit excessum Momi taxantis, & inquit: Illa sepulchrali me condecoravit honore; Quod superest nardi, poterit fervare, meumque Illatum tumulo benefactrix ungere corpus. Semper adest vobis inopum vaga copia; verum Grandia me vobis rapiunt tormenta Magistrum, Lazarus infernis nuper revocatus ab umbris Intererat cœnæ; quem fraus Pharisaica, magni Prodigii radios obscuratura, cruento Interitu vivis subducere sæva studebat. Quippe sub hac clarâ signi novitate, quod Orbem

Redd  
Cont  
Ad ta  
Exa  
Appl  
Obvi  
Subst  
Hofa  
Ifacio  
Israël  
Occu  
Calli  
Dum  
Infid  
Ingre  
Resp  
Non  
Edoc  
Ejici  
Veno  
Saca  
Cace  
Quo  
Relli  
Impl  
Hofa  
Scrib  
Acci  
Infar  
Com  
Dese  
Beth  
Litte  
Red

Reddidit attonitum, Synagogæ gloria, tanquam  
 Contumulata, suum penitus perdebat honorem,  
 Ad tam mirandum properantia millia Vatem,  
 Exacuunt stimulos odii; quos publicus auxit  
 Applausus, quando Christus processit in urbem.  
 Obvia turba ruit, ramos in compita spargit,  
 Substernit vestes, acclamat læta triumphos,  
 Hofannaque Dei benedicto! rumor ubique,  
 Isacidûm venisse Ducem, Regémque supremum  
 Israël, expandit. Fremuit Synagoga, supérque  
 Occursu populi tremuit: tandémque resumit  
 Callida deciduum robur, virésque labantes,  
 Dum vaga decernit subvertere pectora vulgi  
 Insidiis, & per mendacia turpia verum.  
 Ingressus Solymam Salvator, vectus asello,  
 Respuit exhibitum populi plaudentis honorem.  
 Non venit, ut portet Regum diadema; sed Orbem  
 Edoceat, quæ sit veræ via recta salutis.  
 Ejicit ex Templo, quidquid venale profanus  
 Venditor intulerat, strictè prohibendo deinceps  
 Sacra profanari. Scribis freudentibus, ægros,  
 Cacos, & claudos nova per miracula sanat:  
 Quod demirantes seniores atque puelli,  
 Relligiosa domûs sacræ laquearia latis  
 Implendo modulis, acclamandóque canebant:  
 Hofanna! fili David benedicte. Dolosi  
 Scribarum Proceres, pueros indebita Christo  
 Accinuisse putant encomia. Christus; ab ore  
 Infantum resonant laudum præconia, nullis  
 Commaculata dolis, Psalmistâ teste; reponit:  
 Desertóque Dei delubro, Sole cadente,  
 Bethaniam repetit. Sed vix resupinus Eoo  
 Littore, reddiderat Mundo nova lumina Phœbus;

Joan.  
12.12.

Matt.  
21.

Matt.  
21.17.

M 5

Ut

Ut doceat turbas, ad Templum Christus anhelans  
 Dumque peregit iter Solymam, quâ nescio ducit  
 Esurie, viridi scrutatur in arbore ficus;  
 Quêis non inventis, foliosam devovet, unquam  
 Ne referat fructum: subito (mirabile visu!)  
 Depositis maledicta comis exaruit arbor.  
 Mirantes affatus ait: Si montibus istis,  
 Ut se præcipitent in stagna patentia ponti,  
 Mandatis, firmâque fide confiditis, ibunt  
 In barathrum pelagi. Magnas fiducia vires  
 Possidet; & quidquid sincera precatio Divi  
 Commendat, nunquam felici finè carebit.

Matt. 21.23. Ingressus Templum, præter miracula, turbas  
 Consuetâ pietate docet; Scribâsque protervos  
 In cuius virtute parret tot signa, rogantes.  
 Suaviter expediit: si, quâ virtute Joannem  
 Baptizâsse putent, sibi primò dicere possint  
 Se responsurum. Stupidi tacuere, nec ausi  
 Contra Baptistam, quem magno semper honore  
 Extulerant cives, convicia spargere. Christus

Matt. 21.28. Apposuit casum: Geminos pater unus habens  
 Injungit primo, siquidem nunc vinea curam  
 Exigat, ut vadat culturæ adhibere labores.  
 Officium negat ille patri, sed postea ductus  
 Consilio meliore, facit mandata: secundo  
 Injungebat idem; qui promptior omnia spondens  
 Nil tamen exequitur: mihi dicite jure periti.  
 Quis juvenum patrios cordi sibi sumpsit amorem  
 Respondent: Primus. Rectum sanumque tulit  
 Judicium, Salvator ait: sed lugeo justè,  
 Pectora vos propriis transfigere vestra sagittis  
 Clamor Eremicolæ scelerum farragine plenus  
 Ad frugem nuper sacro sermone reduxit;

os inflexibilem monitis avertitis aurem:  
 ne peccatores, licet inveniantur onusti  
 mole gravi scelerum, citius sacra Regna subibunt.  
 junxit casum similem de divite quodam, Matt.  
 qui sua diversis vineta locaverat: Æstas 21.33.  
 vergit in Autumnum; Dominum vindemia cogit  
 promissos fructus collectum mittere servos,  
 quos conductores jugulant, pariterque secundò  
 submissos: tandem temeraria facta colonis  
 Exprobraturus, sequitur patris unicus hæres:  
 Hunc quoque, sperantes, succisâ stirpe parentis,  
 de successuros in prædia tanta, trucidant.  
 Vociferabantur Scribæ: Res pessima, magnis  
 Orbis in exemplum pœnis plectenda! Patenter  
 Decidistis, ait: sed vos hæc mystica tangunt,  
 Quos pater æternus monitores misit, eosdem  
 vos occidistis; quapropter prædia Cœli  
 Conferet externis in præmia gentibus. Alto  
 inflatos animo sermonis spicula diris  
 Accendunt odiis; & si circumfluus ingens  
 Grex hominum Scribas non continuisset atroces,  
 in sua Doctorem rapuissent vincula cæci.  
 Magnus erat populi Christum novisse flagrantis  
 accessus; major peregrinæ copia gentis. Joan.  
 Atria complebat, Dominum, mediante Philippo 12.20.  
 Andréâque, sibi media inter millia vulgi  
 monstrari magno cupientis amore. Redemptor  
 Discipulis respondet: Adest suprema coronis  
 Temporis, ut Domini patefiat gloria Mundo.  
 Mortua grana replent multo granaria fructu.  
 Quisquis amat vitam, properat deperdere vitam;  
 Qui verò fragilis contemnit stamina vitæ,  
 Vivet in æternum. Qui, me præeunte, sequuntur,

Hos

Hos quoque Cœlestis Pater accumulabit honore  
 Illa perorando fremuit turbatus, ad astra  
 Luminibus versis; & vox delapsa supernè,  
 Non secùs ac tonitru, populorum terruit aures  
 Non sonuit vox illa mihi, sed propter amicos  
 Æthere missa, probat Domini magnalia, dicit  
 Nunc est iudicium Mundi, nunc ejicietur  
 Mundi hujus Princeps, sed ego sublatus in altum  
 Ad me cuncta traham fidei magnete tenaci.  
 Ex hoc perspicuè, quali fit morte necandus,  
 Conjiciebatur: quapropter turba reponit:  
 Christus in æternum, juxta præfagia Patrum,  
 Vivit, & est lethi nullis obnoxius umbris:  
 Quid sibi vult igitur vox hæc præfaga futuri,  
 Quem tuus indigitat sermo? quis filius ille,  
 Qui rigido jussu patris exaltatus obibit?  
 Hæc ignoratis, respondet Christus, in ipsa  
 Luce, sub obscurâ tenebrarum nocte sepulti?  
 Infortunati! quos exæcatio mentis,  
 Quos Divinarum transgressio pessima legum,  
 Quosque stupor cordis, punitio maxima, tanquam  
 Obsessos retrahit, ne conducentia verâ  
 Agnoscant, rutilante die, documenta salutis.  
 Hisque recensitis abrumpit verba, malignis  
 Obduratorum se subducendo catervis.  
 Immodicus Solymis hæc tempestate tumebat  
 Inter Scribarum Proceres dominatus Averni.  
 Tantus enim, humanis per jussa potentia Christi  
 Expulsus membris, tenebrasque subire coactus  
 Spirituum turbo circumvolitabat in urbe,  
 Ut turmis volucrum, confusorumque crabronum  
 Hunc examinibus possim æquiparare. Cruentis  
 Illa susurrorum Stygiorum turba procellis

Disjuncta faciles in mutua jurgia mentes.  
 Quippe ministrorum gravium pars magna, tot am-  
 prodigiis Domini clarè convicta, libenter (plis<sup>Joan.</sup><sub>12.42.</sub>  
 astipulabantur monitis Cœlestibus; ægrè  
 Intereà adducti, tacito quod corde probabant,  
 Ore attestari: siquidem Synagoga recentes  
 Christicolas meritis procul exturbare cathedris  
 Communitabatur. Tanti jactura decoris  
 Perditiōne gravi multos ad falsa retraxit.  
 Inferni bacchantis opus! potuisse negarem,  
 Si sacra deficerent textûs oracula, spreto  
 Salvatore palàm tot grandia signa patrante,  
 Æternis Superùm Mundi præferre cathedras.  
 Nullibi Salvator poterat subsistere tutus;  
 Inclinante die Solymæas deserit arces;  
 Sed redeunte, statim Salomonis Tempora revisit.  
 Hic docuit populum, manifestavitque stupendis,  
 Quòd sit ab æterno Cœlorum Principe missus,  
 Prodigiiis. Os mella dabat, Cœlestéque lingua  
 Nectar, & indomitas cicurabant dogmata mentes.  
 Si meditor gressus, si mille molesta viarum,  
 Si calidos Soles, tempestatumque rigorem,  
 Si vigilas curas, indefessosque labores;  
 In lacrymas solvor, stupidóque simillimus, illum  
 Miror inauditum, tanta exantlantis, amorem.  
 Hei Jesu mea Lux! mea morum norma! meæque  
 Una salus animæ! tenebras disperge, sacrisque  
 Illustra radiis cordis penetralia: mores  
 Affectusque tuis conforma legibus: astris  
 Ancanimam tantâ quondam mercede redemptam  
 Infere, quæ dudum Mundi sub mole fatiscens,  
 Æstuat exuvias deponere corporis ægri.  
 Dum morior, suppone manum; solare gementem:

Con-

Confirma fidei zelum; spem viribus auge;  
 Dâque salutifero succensum pectus amore  
 Angelicos inter comites efflare supremos  
 Halituum gemitus: animam quoque carne  
 Trade Creatoris gremio, sociâque beatis  
 Cœlituum turmis; & post incendia Mundi  
 Tot quassata malis animæ, peto, membra reum  
 Ut tibi decantent socio conamine, magnos  
 Inter Cœlorum concives, debita largo  
 Pro sudore tuo præconia; sicque beata  
 In te perpetuo conservatore triumphent.

**POESEOS SACRÆ ET PARTIS TERTIÆ  
 INDUCTIO DECIMA.**

S. MARCUS CAP. 14

**E**t manducantibus illis accepit Jesus panem; & benedixit, & fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens, dedit eis: & biberunt. Et ait illis: Hic est sanguis meus novi Testamenti, qui pro multis effundetur &c.

**SYNOPSIS.**

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus Hierosolymam cum Discipulis suis agnum Paschalem manducat; usque tunc valedicens, in hac ultimâ sua in terris conversationis Cœlestis sacratissimum Altaris Sacramentum, tanquam æternum Testamenti filialis nostri Testamentum instituit.

**T**ransierat glacialis hyems, & Phœbus amara  
 Temperiem Veris stellante sub Arjete Mundi  
 Reddiderat; Scribæ & Pharisæi tanta videntur  
 In populis Christum miracula ubique patrare  
 Ante diem Paschæ decernunt tollere Jesum.  
 Ast, quia prægrandes Paschali tempore cœlestis  
 Adventant Solymam, justo terrore retenti  
 Dissidium plebis metuunt: sed Dæmone perterriti

LUC.

22.

Iscariota, suo cuius jam strinxerat astu  
 Cor Satanas. spondet Phariseis tradere Jesum.  
 Gavisi super hoc verbo nebulonis, iniquum  
 Constituunt pretium; quo pacto, crimen adornat  
 Traditor; & spondet per fera silentia noctis,  
 Dum populum tenet alta quies, adducere vincitum  
 Quis scelus hoc Judæ Jesum latuisse putabit?  
 Hoc non attento, Petrum charumque Joannem,<sup>Luc.</sup>  
 Ut sibi Pascha parent, Solymæam mittit in urbem.<sup>22. 8.</sup>  
 Sollicitè hi quærunt: Ubi vis, tibi Paschap aremus?  
 Ille ait: Occurret vobis intransibus urbem  
 Servus aquam portans; illum comitetis ad ædes:  
 Et cum panderitis Domino mea nuncia, nempe  
 Me cum Discipulis celebrare ibi Paschata velle,  
 Monstrabit vobis cœnacula grandia, nostris  
 Apta satis dapibus: quo facto, Pascha parate.  
 Jussibus acceptis Solymam festinat uterque,  
 Offenditque virum: reliquis cum fratribus ipse  
 Subsequitur Christus: post reddita vota recumbit.  
 Dumque lavare pedes illorum Christus adornat,  
 Quilibet obfistit; generosè verò reponit <sup>Joan.</sup>  
 Petrus: In æternum nunquam mihi crura lavabis.<sup>13. 2.</sup>  
 Salvator replicat: Si te non laverò, Simon,  
 Nulla tibi mecum remanebit portio. Verbis  
 His turbatus ait: Mundari malo, pedesque  
 Et caput, atq; manus mundandas offero Christus:  
 Ablutis pedibus, mundus non indiget ultra  
 Mundari. His dictis succedit lotio; lotis  
 Omnibus, adjecit: Vidistis, qualia feci;  
 Hæc imitabimini. Posthæc sua cingula solvit.  
 Accumbensq; iterum, cunctisq; sedentibus inquit:  
 O quanto præsens vobiscum sumere Pascha <sup>Luc.</sup>  
 Hactenus exarsi zelo! non ampliùs unquam <sup>22. 15</sup>  
 Hoc

Hoc fruar in vivis , donec super astra levatus  
 In Regno Patris repetam : prænuntio vobis  
 Extremum durumque vale ; moriturus abibo  
 His ità præmonitis , accepto pane , levatis  
 Ad Superos oculis , frangens benedicit , & ora  
 Discipulisque suis divisum præbet , aitque  
 Ecce meum corpus, pro vobis quod datur; omnes  
 Participate : dein cœnæ post fercula, vinum  
 Accipit , Ecce meo calicem de sanguine, dicens  
 Hic quoque pro vobis fundetur: Pascha supremum  
 Hoc fuit , Evcharicæ statuens primordia Cœnæ,  
 Triticæ segetes , sacri benedictio campi !  
 Angelicis cibe digne labris, suavissime panum  
 Tuque merum , lassæ completa refectio vitæ,  
 De sursum submisisse liquor, sacra potio ! quantis  
 Optimus has Epulas dignatur honoribus Æther  
 Quippe fides exosa dolos, & nescia falli,  
 Mandat, inattentis animoso sensibus ausu  
 Credere, quòd verè per mystica verba sacrati  
 Transeat in corpus Christi substantia panis,  
 Inque salutiferum vini natura cruorem :  
 Non tamen, ut solus sinè corpore sanguis adesse  
 Aut vice conversâ solum sinè sanguine corpus  
 Christus in ambabus, panis vinique, figuris,  
 Integritate pari, nostrum se præbet in esum.  
 Excellens Epulum ! procul hinc discèdite gentes  
 Promissumq; novo populo, quem Christus amavit  
 Gressibus ad talem iussit concurrere mensam,  
 Evacuate locum ! properate ! accumbite ! tantis  
 Vesciminor pia turba cibo ! cibus ille piorum  
 Esuriem satiat ; nostro cibus ille medetur  
 Languori ; cibus ille refert spiracula vitæ.  
 Musa quid attentas encomia dicere nostræ

Arcanis Fidei? Iatices Heliconis, aquarum  
 Pauperiem passi, sistunt sua flumina. Postquam  
 Instituit Cœnam Christus, quid dixerit ultra,  
 Musa refer: Vultu circumspiciebat amaro  
 Discipulos, dicens: Ex hacce paropside mecum <sup>Joan.</sup>  
 Traditor indignus cœnat; gemituque resumpto <sup>13.21.</sup>  
 Continuat planctum. Possit Marpesia cautes <sup>Matt.</sup>  
 Tanto verborum penetrari fulmine: verum <sup>26.21</sup>  
 Surdus adest Deicida; scelus, quod mente rotabat,  
 Exequitur: reliquos feriebat turbo dolorum.  
 Quisque sibi, socioque timet, rogitatq; Magistrum:  
 Num fortassis ego scelus hoc patrabo, Magister?  
 Hoc proprium menti, quæ conscia criminis alget,  
 Quod turbata malo, variis gemat anxia curis;  
 Suspiciosa suis etiam diffidat amicis;  
 Irrequieta simul variâ statione vagetur:  
 Hæc editur taciti languoris tabe, suisque,  
 Spe frugis positâ, tegitur suppressa ruinis:  
 Effatum hoc verum Judas crudelis, iniquus  
 Proditor & nebulo, suspensus fune fatetur.  
 Sed cedò, qualis erat Judas? respondeo: Christi  
 Oeconomus, custos loculorum, lectus alumnus  
 Et socius; sed jam factus delator iniquus,  
 Impostorque vaser, per quem (narrare paveſco!)  
 Filius Excelsi, signis præclarus, ubique  
 Gratus & acceptus, Pharisæis gentis iniquæ  
 Principibus, contra Christum livore feroci  
 Accensis, vili pretio (proh triste relatu!)  
 Ter denis argenteolis, ut bellua, venum  
 Turpiter expositus, truculento traditur ausu.  
 Sed quali, mea Musa, putas, hæc sine peregit?  
 Mammonæ servus (sic appellantur avari)  
 Scariota fuit, lucri cupidissimus. Ergò

N

Pro-

Propter avaritiam Judæ (quis posse putabit?)  
 Filius æterni Patris fit victima mortis!  
 Errat hic affectus; moriendi causa, fatemur  
 Æternæ, quam Christus amat, reparatio vitæ  
 Sola fuit; Judas instrumentale scabellum,  
 Quem præ millenis, Dominum fidumque Mag  
 De cujus Deitate minùs dubitare valebat, (strum  
 Prodere dedecuit. Sed quæ mensura malorum  
 Inter cœnandum pergit prædicere multa:  
 Discipulos à se fugituros, tærque Simonem  
 Abjuraturum, se non novisse: gemendo  
 Adjungit, cunctis se prospexisse libenter,  
 Et curâsse, suis res nequa deesset amicis;  
 Sed modò tempus adest, subdebat, ut ensis eman  
 Respondent illi: Geminos hïc ecce, Magistra  
 In promptu gladios: at Jesus, sufficit, inqu  
 Immiscent dictis fastum spirantia fratres;  
 Et cui conveniat primatus, fortiter urgent.  
 Dicit eis: Reges hæc sollicitudo fatiget;  
 Nos humiles jubet esse Deus, Mundique profan  
 Moribus exemptos. Quis vestrum, quæso, negabit  
 Me vobis semper facilem vigilémq; Magistrum  
 Officiosum etiam simul exhibuisse ministrum?  
 Sitque minore minor magnus, parvùsq; minor  
 Inferior, talique gradu procedite fratres.  
 Ad mea, Discipuli, quos diligo, mœsta reverti  
 Mecum mansistis, in memori quod mente repon  
 Si quis turbo mali, si quæ tentatio mentem  
 Tristitiæ nebulis obduxit. State! parumper  
 Dividor à vobis; ut, quæ mihi summa parat  
 Regna Pater, vobis pariter concivibus æquo  
 Ordine disponam, faciámque recumbere circa  
 Fercula Divorum fruitum, quæ divite cornu

Luc.  
22.

Luc.  
22.24.

Luc.  
22.28.

Gaudia suppeditat Cœlestis copia regni.  
 Præterea vobis sublimes præparo sedes,  
 Ut sedeatis ibi cum Majestatis honore,  
 Summa Jacob tribubus duodenis jura daturi.  
 Ad Petrum conversus ait : Mi Petre , rogavi Luc.  
 Pro te sollicitè Patrem , ne fortè , quod absit, 22.31.  
 Deficiat tua vera fides , & corruat : ergò  
 Tu quoque conversus reliquos aliquando fideles  
 Confirma fratres. Hæc sancta precatio Christi  
 Durat adhuc : hujus stabili virtute videmus  
 Romanam toti Mundo dare jura Tiaram.  
 Est super invictâ Romana Ecclesia rupe  
 Ædificata ; feris tempestas nulla procellis  
 Hanc turbare potest : casso Synagoga labore,  
 Per lapides Sancti Stephani , fustemque Jacobi  
 Hanc oppugnavit : gentes tria sæcula densis  
 Affixere malis ; tamen hæc Ecclesia vicit.  
 Multa quidem nostrum ceciderunt millia ; verum  
 Horum sanguis erat fecundum semen : ab illo  
 Fertilis , implevit numerosior horrea Christi  
 Messis , & ingenti lucro sua damna refecit.  
 Successit tantis furiarum motibus hydra,  
 Hæresis infelix , rapidis tot faucibus aucta,  
 Quot fovet in fibris errorum monstra : sed esto  
 Hinc crepitet bacchando Notus , fremat inde pro-  
 Horrificis Boreas, cieatque tonitrua Caurus ; (cellis  
 Sunt ignes fatui , per inania nubila , quodam  
 Cum sonitu rapti ; perituri , quando reducit  
 Per nebulas solidi Sol candida lumina veri.  
 Stat modò Pontificum sedes , ubi sanguinis unda  
 Inter Gentiles statuas effusa fluebat.  
 Quis vestrum dubitat, Christum sua posse trophæa  
 Hostibus elisis inimico infigere campo ?

Ante diem Domini sociabit ovilia Christus:  
 Unus Pastor erit, qui, postquam flammea Cœli  
 Tempestas faciem Mundi renovaverit, alma  
 Cum sibi commissis Cœli sociabitur Aula.  
 Accelerate gradum Borealia regna! redite!  
 Pandit, ut excipiat victrix Ecclesia mater  
 In gremium reduces, magno sua brachia plausu.  
 Restat, ut absolvam Cœnæ postrema. Fideles  
 Se fore, Discipuli spondent: sed promptior ore  
 Obfirmat sua dicta Petrus, qui postea serò  
 Perfidiam planctu detestabatur amaro:  
 Attamen intuitu Christi conversus, ab illo  
 Promeruit statui Primus super ardua sanctæ  
 Sedis Apostolicæ Rector, summusque Magister.  
 Res tua nunc agitur: fratres converte; fidei  
 Obsequio conjunge preces, conamina nostri  
 Protege Pontificis BENEDICTI; denique totum  
 Ut convertatur, tibi Petre expandimus Orbem.  
 Se levat ex mensa Dominus; consurgit utrimque  
 Turba simul, grates dictura: deinde gradatim  
 Effluit ex foribus Judas, valedicere namque  
 Non potuit Christo, neque verò debuit ille  
 Proditor horrendus. Christus, quæ dixerat inter  
 Cœnandum, repetit: valedicit suaviter, addit  
 Pollicitis lacrymas, cupidis amplectitur ulnis,  
 Oscula distribuit, consuetos intonat hymnos,  
 Egrediturque foràs, tristémque revisitat hortum.



POE

## POESEOS SACRÆ

PARS QUARTA,  
IN QUA POEMATE ASCETICO  
REPRÆSENTATUR.

- |   |  |
|---|--|
| 1 <sup>mo</sup> . Captura Christi in horto<br>Gethsemani.                   | 6 <sup>to</sup> . Laboriosa crucis bajulatio.  |
| 2 <sup>do</sup> . Ejus Hierosolymam ad sum-<br>mos Pontifices, itèm         | 7 <sup>mo</sup> . Christi amarissima crucifixio.   |
| 3 <sup>io</sup> . Ad Pilarum & Herodem ab-<br>ductio                        | 8 <sup>vo</sup> . Contra eum in cruce penden-<br>tem à Judæis eructata blasphematio.                         |
| 4 <sup>to</sup> . Ejusdem ab Herode ad Pila-<br>rum ignominiosa remissio.   | 9 <sup>no</sup> . Ejusdem beatissima mors,<br>& exspiratio.  |
| 5 <sup>to</sup> . Christi crudelis flagellatio,<br>& ad mortem condemnatio. | 10 <sup>mo</sup> . Christi ex cruce circa ve-<br>esperum facta depositio, & in sepulchrum gloriosum illatio. |

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
INDUCTIO PRIMA.

S. PAULUS AD HEBRÆOS CAP. 12.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Jesum qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta

S. MATTHÆUS. CAP. 26.

Ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladiis & fustibus, missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est; tenete eum &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus in horto Gethsemani prope montem olivarum, à proditore Judâ Iscariote osculo, in prodicionis tesseram ab eo Judeis assignatam, malitiosissime traditur; & funibus ac catenis vinctus, nocturno tempore, ad evitandum populi tumultum, Hierosolymam ad Pontifices & Synagogam deducitur.

N 3

Est

**E**st tua, mi Jesu, tristissima passio magnum  
 Divinæ pietatis opus, quod debile Mundus  
 Non capit ingenium: solis hoc scire dedisti,  
 Qui sub mole crucis te puro corde sequuntur,  
 Vos igitur compello; meum nolite gravari  
 Mactè sequi Dominum: comites vos ille requirit  
 Trans Cedronis aquas, ubi mons umbrosus olivis  
 Surgit, trinitæ spectacula prima daturus.  
 Ecce venit speciosus amor! sanctæque relictis  
 Mœnibus urbis, adest; mandato Patris obedit  
 Ecce! venit mœrore gravis, tacitusque revolvit  
 Eventura sibi. Post longa silentia tristes  
 Discipulos affatus, ait: Vos nocte sequenti  
 Omnes turbati, profugi, mera scandala passuri  
 Ibitis in diversa; velut Pastore perempto  
 Disperguntur oves pavida: sed amabo! docentur  
 Credite; post modicum devictâ morte resurgam  
 Inque Galilææ regionem prævious ibo:  
 Invenietis ibi, quem crastinus auferet atro  
 Funere defunctum, redivivo corpore clarum  
 Hic tristis sermo tetigit præcordia Petri,  
 Ac animi motus in talia verba resolvit:  
 Quamvis aufugiant omnes, omnesque reculent  
 Esse tui, te solus ego, te solus & unus  
 Intrepidâ pietate sequar! sed Christus amantem  
 Respondet: Simon, Simon, hâc nocte, priusquam  
 Nuntius auroræ dederit duo signa, Magistrum  
 Non semel aut iterum, sed ter, novisse negabis.  
 Magna superveniet vobis tentatio, magnus  
 Infolitusque pavor; nimium præsumere nolite  
 Hæc capit aure Simon ex Christi pendulus ore  
 Accensusque piis facibus, promptissimus inquit  
 Sim licet ad mortem tecum rapiendus amantem  
 Figent

Matt.  
 26.31.

Figendúque cruci, nunquam Te, Christe, negabo.

Atipulantur ei reliqui, promittere certam

Robustámque fidem vanis successibus ausi.

His sub colloquiis, veniunt ad limina villæ

Gethsemani; reliquis illic subsistere iussis,

Petrum cum natis Zebedæi tristis Iesus

Matt.

26.36.

Assumpsit, precibusq; vacans intravit in hortum.

Hic erat in sacri positus radicibus imis

Montis olivarum; tristis locus, atra doloris

Mansio, curarúmque domus, quam Christus amoris

Victima, terribili certans cum morte, rigavit

Sanguineo sudore (sacro date basia fundo!

Qui de tam rigido certamine lucra tulistis)

Sed vix ingressus trepidat, pavet, ardet, & alget

Anxius; ex imo centum suspiria corde

Ducit, & ad Cœlum, sed inexorabile, transfert.

Vós, ait intuitus comites, scitote, quòd usque

Ad mortem tristis, magnis mœroribus urar.

Matt.

26.38.

Hic trahitote moras, dum paulò longiùs ipse

Vado precaturus Patrem; conjungite vestras

Cum precibus votisque meis. Quibus ergò relictis

In gemitus abit & lacrymas; ut roscida nubes

In graciles ventis agitata resolvitur undas.

O Pater! ad cuius volvuntur fidera nutum,

Machina consistit Mundi, trepidátque cohorrens

Ignibus Infernale chaos: sunt omnia sanctis

In manibus contenta tuis; Te Filius orat;

Tantum jubeas calicem transire dolorum:

Non tamen, alme Pater! mea, sed tua sola volun-

Fiat; habes siquidem de me disponere nato. (tas

Finitis precibus surgebat; cùmque, videret,

Discipulos mœrore premi, somnóque gravari,

Excitat alloquio tristes, dicítque Simoni:

N 4

Non

Non potes, o Simon! mecum vigilare per horas  
 Et servire Deo? quæso, vigilate supernis  
 Intenti, ne vos gravior tentatio vincat:  
 Vestra quidem mihi nota fides, mihi nota voluntas  
 Sed caro spiritui nimis oblectata resistit. (ta  
 Post hæc emisso gemitu, fletuque novato,  
 Ad pia lustra redit; Patrem, velut antè, precatur  
 A precibus verò rursus confurgit, abitque  
 Invisum comites; sed eis nox sera, stuporque  
 Tristitiæ, somno sua lumina merferat alto.  
 Excitat hos iterum; monitis hortatur iisdem  
 In tristémque locum rediens, ubi sederat antè  
 Ut tollat mortis calicem, vel ferrea Cœli  
 Expediat decreta, Patrem prolixius orat.  
 Hac in tristitia vehemens meditatio Iesum  
 Abripit ecstático visu; graviterque fatigat  
 Proditio Iudæ, turpis desertio fratrum,  
 Lictores, funes, captura, negatio Petri,  
 Perversi testes, alapæ, ludibria plebis,  
 Livor Scribarum, mortis sententia, sputum,  
 Flagra, corona, cruces, clavi, crucifixio, clamor  
 Blasphemus populi, sitis arida, potus aceti,  
 Militis hasta ferox, & tota tragœdia mortis.  
 Hæc coràm depicta videns Salvator, atroci  
 Frangitur aspectu; sicut tremefactus ab Austro  
 Concutitur palmes: refugo cor sanguine pressum  
 Siftitur, & lento languent præcordia motu.  
 Sed sævum gratis suscepta redemptio Mundi  
 Mitigat horrorem; gelidas amor igneus intrat  
 In fibras, reparatque novo luctamine nervos.  
 Hinc cruor ergò poris erumpens omnibus, instat  
 Irriguæ decurrit aquæ, loturus abundè  
 Humani generis noxas: angustia felix!

Luc.

22.44

Felix

Felix mortis agon, per quem prostratus ab angue  
 Surrexit redivivus Adam, serique nepotes.  
 Deficiunt Jesu vires, dum labitur imber  
 Purpureus, vultuque cadit; ceu falce resecti  
 Hortorum flores, vel frons percussa bipenni.  
 Hac sub agonali luctâ, delapsus ab alto  
 Unus de Seraphim, specioso lumine Cœli  
 Circumfusus, humo Jesum levat, artubus affert  
 Robur, & Æthereâ reddit virtute salutem :  
 Quâ confortatus Mundi Salvator, adibat  
 Discipulos dicturus eis, venisse cruentum  
 Tempus, quo caderet peccati victima. Magni  
 Fertilis hora boni! si contrâ; in temporis albo  
 Perdere digna locum. Vix hæc patefecerat, addit:  
 Ecce venit, qui me Judæis tradet! eamus;  
 Surgite Discipuli! sceleratis obvius ibo;  
 Nondum vox tenues erat hæc dispersa per auras  
 Iccariota vafer, maledictus proditor, Orci  
 Filius accedit; numerofo milite cinctus,  
 Hunc ex Scribarum famulis collegerat, hastis,  
 Fustibus, & gladiis armatum; qualis in acrem,  
 Ordinibus certis, deducitur hostis arenam.  
 Perfidus in primâ consistens fronte cohortis,  
 Dicit: *Ave Rabbi!* Dominoque dat oscula Iudas;  
 Præmonitâ turmâ: Quemcunque deosculor, illi  
 Injicitote manus; constrictum funibus arctè,  
 Ducite solliciti; profugus nè fortè recedat.  
 Salvator reprobum Iudam compellat: Amice!  
 Ad quid venisti? quem tanto milite quæris?  
 O Iuda! Iuda! me falsa per oscula tradis?  
 Cominus occurrens turmæ, quem quæritis? inquit,  
 Omnia prænoscens: Iesum de Nazareth, illi  
 Attoniti clamant: Ego sum, respondet Iesus.

Luc.  
22.43.

Matt.  
26.46.

Joan.  
18. 5.

N 5

Ter.

Territus hoc dicto Iudas & turba virorum  
 In terram cecidère retrò, ceu fulmine tacti:  
 At sensu redeunte, viros interrogat ultrò:  
 Quem vultis? Iesum, dicunt; respondet, ut ante  
 Jam dixi vobis, ego sum; dimittite paucos,  
 Quos mihi junxit amor. Post hæc velut impete facta  
 In Iesum fera turba ruit; qui mitior agno (Croc)  
 Excipit insultum: sed Petrus acerbior ensem  
 Stringit, & auriculam celeri demessuit ictu  
 Pontificis seruo, majora patrare paratus,  
 Nî motus animi Iesus prohibendo stitisset.  
 Vulnere sanato, Dominus clementior inquit:  
 Qui ferro jugulat, ferro jugulandus obibit:  
 In vanum sunt ista Simon; mandata suprema  
 Patris adimplebo; calicem, quem tradidit ille,  
 Morigerâ pietate bibam pro Patris honore.  
 Nonne putas, me posse Patrem rogitare, statimque  
 Millia spirituum plusquam duodena deorsum  
 Mittet? at obsistunt Vatum præfagia, Mundo  
 Danda salus; jubet hæc Patris firmata voluntas,  
Matt. Ad turbam conversus ait: Latronis adinstar  
26,55. A vobis teneor; gladiis & atrocibus armis  
 Instructi raptatis eum, qui traditus esse  
 Jam dudum voluit (tenerum capientibus agnum  
 Non opus esse putat, tantos laxâsse leones)  
 In cathedra docuit, dixit dicenda per urbes;  
 In Templo, vicis, domibus, sacra concio plebi  
 Est audita palàm; cur non est captus in urbe  
 Aspiciente foro? sed prò dolor! ista, tremendis  
 Plena malis, venit vestris accommoda factis  
 Hora, tenebrarum non duratura potestas.  
 Tota cohors igitur, mandatum dante Tribuno  
 In Iesum furiosa, manus & vincula mittit:

Non

Non secus esuriens, dum quærit in aëre prædam,  
 Accipiter teneras avido rapit ore columbas,  
 Pars tenet una, ligat pars altera, tertia diras  
 Evomit ore minas, blasphematur quarta, severis  
 Quinta ferit pugnis; agmen fremit omne tumultu.  
 Discipuli, dum tanta vident spectacula, mœsti  
 Despondent animum; gelidus pavor occupat artus. Matt.  
26.56.  
 Vix spes ulla fugæ, nisi nox obscura dedisset:  
 Totus enim squalore nigro circumdatus Æther  
 Sidera nulla dabat: præter fera murmura Cauri  
 Tetrica funereum resonabat noctua lessum.  
 Hos inter strepitus sociis timor addidit alas;  
 Dispersim fugiunt, latebras ubicunque requirunt.  
 Hunc oleaster habet; densâ latet ille sub ulmo;  
 Hic celer in cursu, projectâ sindone nudus  
 Eripitur: puduit Simonem magna locutum.  
 O insensati! magnus quos mœror adurit,  
 Rebus in adversis si fortè recedat amicus.  
 Ecce, pius Jesus socium reperire fidelem  
 Ipse nequit, dum, vah pudor! est desertus ab illis,  
 Qui Salvatorem pro se, Mundique salute,  
 Ex Patris æterni gremio venisse sciebant.  
 Solus adest Jesus, solus deducitur horto:  
 O Jesu! solus, manibus post terga revinctis,  
 Huc illuc traheris, per agros, per saxa, per undas,  
 Vix Petrus à longè sequitur; vix audet adire  
 Cum turba Solymam; sub dumis, vepribus, herbis  
 Infidias superesse timet, suspendit eundo  
 Sollicitos gressus, vigilésque cacuminat aures  
 Ad folii strepitum, tacitis nè fortè latebris  
 Fortior, abscessam qui Malchi vindicet aurem,  
 Armiger erumpat. Qualis mutatio, Simon!

Ante

Antè giganteus mortis contemptor ovabas;  
Et modò, quis putet hoc! profugus discedis are

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
INDUCTIO SECUNDA.

S. MARCUS CAP. 14.

**E**t adduxerunt Jesum ad summum Sacerdotem; & con-  
nerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ, & seniores.  
trus autem à longè secutus est eum, &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus Hierosolyma ad  
morum Pontificum Anna & Caipha judicia ignominiosè  
citur; & ibidem post multa sibi illata ludibria, falsorum  
mendacia, trusiones & alapas, etsi innocentissimus esset,  
mortis reus condemnatur.

**A**ntè fumus Dominum, funesti exordia luctu  
Spectatum, peregrè contrito corde secut  
Vidimus angores, quibus ille refertus in horto,  
Facta fuit manibus reproborum præda: decebit  
Ut modò captivum reduces comitemur in urbem  
Huc rapitur Iesus cinctus latus omne catenis.  
Fit sonus in portis; concurrunt undique cives.  
Hic bene de Domino sentit, malè judicat ille;  
In reprobis variant affectus. Israël audi!  
Stat Deus in medio populi, quem noveris esse  
Ultorem scelerum. Cautè! nam serior ætas  
Sentiet hoc facinus, totum fugitura per Orbem

Joan. O cæci! Jesus trahitur captivus ad Annam

18.13. Summi Pontificis focerum; deducitur inde

Matt. Ad Caiapham, qui tunc primatum sedis habebat

26.57. Hic Judæorum Magnatibus antè cruentum

Joan. Illud consilium suggererat: Expediit unum

18.14. Pro nobis populòque mori, Convenerat illuc

Pontificum, Procerum, Pharisæorumque senatus

Expe-

Expectans Jesum; quem, cum defertur ad aures  
 Murmur, adesse, ruunt in strata sedilia magnis  
 Calvitiis barbisque graves: cava lumina flammis  
 Avidiæ rutilant; turgescunt bile tremendi.  
 Cum turbis Simon incognitus intrat in urbem,  
 Pontificisque domum, fido comitatus Achate, Joan.  
 Qui Caiphæ bene notus erat: muliercula verò, 18.15.  
 Quæ pro more domûs curam foriûmque gerebat,  
 Aspiciens pavidum Simonem, clamat: Et ille,  
 (Extendens digitum) vincti comes esse videtur.  
 O fugitive Simon! monitum memorabile Christi  
 Observa! sed fera loquor: nè fortè periret,  
 Ad vocem Bertæ, Jesum novisse, negabat.  
 Et tamen injusti seriem finemque videret  
 Iudicii; tacitum cohibens sub corde pavorem,  
 Inter Scribarum famulos confedit ad ignem.  
 Arripiunt Jesum; Caiphas primarius inter  
 Scribarum proceres, indutus fronte leonem,  
 Ex Jesu tumidè quærit, quæ dogmata nuper Joan.  
 Sparserit in populum, quales quantosque sequa- 18.18.  
 Nactus in errorem secum perduxerit? ille (ces  
 Pontifici Caiphæ submissâ voce reponit:  
 Me Scribæ, proceres, urbs, & Synagoga loquen-  
 Audivit, doctis, indoctis verba ferentem. (tem  
 Ecce sciunt illi, totam quæcunque per urbem  
 Et peregrè docui, cur ex me talia quæris?  
 Dixerat; & quidam nebulo nequissimus omni Joan.  
 Intulit in faciem Domini conamine plagam; 18.22.  
 Stridorémque ciens collisis dentibus, addit:  
 Siccine Pontifici respondes? Christus, aperto  
 Excipiens colaphum vultu, mitissimus inquit:  
 Si malè Pontifici respondeo, judicet ille; (rari  
 Si bene, cur cædor? manus impia! digna vo-

Ful-

Fulmine, quæ talem truculentiùs intulit ictu  
 Turbatus Christi responso, labra momordi  
 Consilii præses Caiphas, totùsque senatus  
 Nescius in tali quid agat discrimine rerum,  
 Christus enim sermone potens, variisq; per urbe  
 Prodigiiis clarus, multis benefecerat: ire  
 Concessit claudis, cæcis ab origine visum  
 Restituit, multis aures patefecit & ora;  
 Sæpiùs ardentis febrium compescuit æstus  
 Sanavit lepram, pressòsque arthritide; spum  
 Dæmonas ejecit; defunctos vivere iussit:  
 Insuper Angelicos edebat fronte favores:  
 Ex labris spirabat amor, bonitasque benigna  
 Corporis egregii statura Augusta decoris  
 Virtutum radiis totâ lucebat in urbe.

Matt.  
26.59.

Hinc Caiphas metuens furialia murmura vulg  
 Præcipitabat opus, concitis testibus auro  
 Corruptis; decumana quibus, sed dissona, ple  
 Follibus inflavit mendacia livor Averni:  
 Ast nihil effecit. Tandem par nobile fratrum  
 Erupit, nova falsa loquens: Audivimus, ajur  
 Dicentem: Templum Salomonis pluribus ob  
 Exstructum lustris dissolvam, postque dies  
 Elapsam triadem, melior structura resurget,  
 Nullâ hominum fabricata manu. Sed dispare tel  
 Deposuere modo; nec erat contentus iisdem  
 Consilii præses Caiphas, procerùmque coram  
 Attamen ut pulchrum veri justique colorem  
 Adjicerent falso, mirantes ora manùsque  
 Distendunt, acsi resonent oracula testes.  
 Exurgens Caiphas clamat: Quid dicis ad illu  
 Quæ tibi per testes concordis voce probantur  
 Conticuit Dominus; quid enim sperare reliquu  
 Cur

Cum Judex injustus amat palpabile falsum?  
 Nos stomacho pleni, si livor rodat honorum  
 Exiles titulos; Jesus opprobria clauso  
 Ore tulit: cur non cum tanto Rege tacemus,  
 Ut modicum passi Cœli dignemur honore?  
 Exurgens Caiphas iterum, ceu callida vulpes  
 Pacem fronte gerens, oculis mentitur amorem;  
 Sed clàm corde ferox, mansueta silentia Christi  
 Rupit, composito sic callidus ore profatus:  
 Per verum vivumque Deum te ferò, Christe,  
 Adjuro, fateare palàm, si filius almi  
 Immensique Dei, Cœlesti missus ab arce  
 Ad nos pacificus, totique salutifer Orbi  
 Veneris? Ut Jesus audit per nomina Patris  
 Jurari, sacrum tollens ad fidera vultum,  
 Inquit: Amen tibi dico! Dei sum filius ipse,  
 Méque coruscantem splendore videbitis olim  
 Ad dextram residere Patris super astra locatum:  
 Inde peraugustis veniens in nubibus Æthræ,  
 Atque triumphali Cœli sublimis in arcu,  
 Vestra recensebo patrùmque piacula Judex.  
 Vix patitur Dominum dictis imponere finem  
 Impatiens Caiphas (nam pressa recanduit ira  
 Hoc sermone) caput rabidum, bis, tẽrque, quaterque;  
 Concutiens; quid ais? disruptis vestibus altâ  
 Voce tonat: blasphemus hic est; blasphemia vobis  
 Ulciscenda, Patres! nec egemus testibus ultra:  
 Audistis coràm; vobis quid, amabò, videtur?  
 Confremuère viri, studiisque calentibus ignem  
 Adjiciunt: Reus est mortis! clamatur; & inde  
 In faciem Domini spuitur; maledicunt: urgent  
 Astantes rabiem: ferit hic, ferit ille; scelestos  
 Alternant ictus; saltant in verbera pugni,

Matt.  
 26.63.

Sed

Sed nec, qui Dominum constrictum fune tenebant,  
 Abstinerent manus; feriunt petulanter, & ajunt  
 Christe prophetiza, quis te percusserit? Æther  
 Illa vides; heu! cur ultricia fulmina tardas?  
 Erro; sacros non est res decidenda per ignem  
 Christus amat tormenta pati, cur tanta, rogatis  
Matth. Ut queat ereptam Mundo reparare salutem.  
26.69 Ad Petrum redeo, qui se tantisper ad ignem  
 Frigore contracto calefecerat: ille dolenter, (rum  
 Omnia quæ Dominum cruciabant monstra malo  
 Aspiciens, tacito luctum sub corde premebat  
 Quod præfecta foco, dum fortè resuscitat ignem  
 Observans, dicit Petro: Te credimus esse  
 Discipulum vincti: Quid? vinctum nescio, Petrus  
 Respondet famulæ, pavidusque recedit ab igne  
 Tutior ante fores; auditque senescere noctem  
 Ex galli cantu: quo commonefactus ad ædes  
 Fronte serenatâ rediit; famulisque remissus  
 Ambulat huc illuc cupiens spectare, quid ultra  
 Turbida scena ferat: sed vix elabitur hora,  
 Ex famulis unus, Simoni proximus astans,  
 Dicit ei, vultu pœnas truciore minatus:  
 Tu quoq;, vix erro, sequeris nova dogmata vincti  
 Confirmant reliqui; dictis tamen ille repugnat  
 Dicunt: Ex ipsa Galilæus voce probaris,  
Joan. Et patriota rei: Petrus, sint ista, reponit;  
18.26 Nil reor inde sequi. Te vidi nunquid in horto  
 Urgebat quidam conjunctus sanguine Malcho,  
 Inter olivarum frondes mucrone ferocem?  
 Contremuit Simon famulorum murmure cincto,  
 Ut cervus, quem turba canum circumsona terret  
 Ne tamen incurrat graviora pericula, jurat  
 Per Terram, Cœlum, supremæque Numina, Jesum

Nec novisse quidem. Vix autem evanuit illa  
 Perfida vox, vigili cum gallus nuntiat ore,  
 Cedere Lucinam reduci sua jura diei.  
 O Simon! ubi jam, de quo tam multa crepabas,  
 Est comes in mortem, verique probator amoris?  
 Conversus Petrum respexit Christus, & inde  
 Avertit mœstos ad conscia fidera vultus.  
 Hoc reor aspectu nihil esse dolentius unquam  
 In Mundo visum: nequeunt hîc mota teneri  
 Viscera Simonis, nec obortum sistere luctum:  
 Namque revolvebat verbum, quod dixerat antè  
 De galli cantu Jesus, ideoque repentè  
 Excedens turbis, & inobservatus abibat,  
 Confertisque gemens manibus, plorabat amarè.  
 Magna tibi, Simon, incumbit causa doloris;  
 Cassa fides, frustratus amor, desertio turpis,  
 Et Domini plusquam malefana negatio, Judæ  
 Proditione parùm melior. Nos ergò fideles  
 Ex hoc discamus Jesum constanter amare.  
 Dum tenebræ noctis fugiunt, per compita facti  
 Rumor it, & variis sermonibus occupat urbem.  
 Inquirunt cives, quæ sint delicta Prophetæ?  
 Esse reum mortis, multis sermonibus illis  
 Persuadet Caiphas, confictaque crimina narrat:  
 Est, ait, impostor, seductor & urbis, & Orbis,  
 Contemptor legum patriarum, juris & æqui  
 Osor, & immanis blasphemus, qualis ab ævi  
 Principio non est visus, nec credo videndum.  
 Quippe Deo Genitore satum se jactat, & olim  
 Se puniturum Mundi delicta minatur.  
 Obtupuère viri; quid enim truculentius, ajunt,  
 Esse potest? majora fide sunt ista; probemus,  
 An fortassè sui referat magnalia Regni

O

Mag-

Magniloquus nobis. Dictum, factumque: rece  
Ad Jesum, instantes: Nobis ediffere Jesu, (dum  
An tibi Messiaë seu Christi nomen adoptes?

Luc. 22.67. Respondet Dominus: Si vobis dixero, ver  
Nulla fides; nullumque mihi, si quæro, rogan  
Responsum dabitur; nec me, cum fata repugn  
Dimittetis. Ego post hæc, scitote, sedebo  
Ad dextram Patris. Repetunt: Quid dicis? es erg  
Filius Excelsi? Sum, dicit Christus: & ecce  
Protinus in rabidum conversa silentia murmur  
Non secus ac Pelagus, quod, dum fery irruit Aufte  
Fluctibus ad fyrtes, fractisque tumultuat und  
Non opus est ultra, clamant, inquirere; nostr  
Qui fuimus coram, blasphemia terruit aures.  
Carcer, abi! scelus hoc condignâ morte piabis.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
INDUCTIO TERTIA.

S. LUCAS CAP. 23.

**E**t surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad  
latum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: H  
invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibent  
tributa dare Cæsari, & dicentem, se Christum Regem esse

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus ex iudicio summorum  
Pontificum & Seniorum populi, ad Romanum Præsidentem Pilatum  
& inde ad Tetrarcham Herodem, Hierosolymis eo tempore  
presentem, deducitur; ab Herode verò omnium ludæorum  
& calumniis expositus, ad Pilatum reducitur.

**I**nterea Eoo produxit ab Æquore plenum  
Deficiens aurora diem; qui postea nigro,  
Celsior in cursu, Dominum lugebit amictu.  
Egrediare domo Caiphæ, mitissime Jesu!  
Plena dies rutilat; cupio comes esse Magistrum  
Prætorisque domum tecum multandus adire.

Ecce venit! mugire forum, crepitare catenas  
 Audio! porticibus famulæ, Dominæque fenestris  
 Incumbunt, valvæque domus Prætoria pandit.  
 Hæc videt infelix Judas; auditque, Senatûs  
 Consulto, turpi delendum morte Magistrum: Matt.  
 Turbatur, tantique mali formidine ductus, 27.3.  
 Pontifici Scribisque refert damnabile lucrum.  
 Eheu! peccavi justum tradendo cruorem,  
 Ingeminat; crimen nimis execrabile feci!  
 Ad nos ista nihil, Juda! tu videris, atro  
 Obgannit vultu Scribarum turba: sed ille  
 Irrequietus abit; calidis rigat imbribus ora;  
 Hac ruit atque illuc; rufos rapit ungue capillos;  
 Intentatque manus jugulo, mortemque minatur.  
 Siste gradum, Juda! quæ te furiosa tremendum  
 Mens agit in facinus? veniam clementia Christi  
 Expectare jubet; veniam dabit ille roganti.  
 Sed nil cunctatus sibi spem præcludere tentat,  
 Acceptæ fidei turpissimus heluo; collum  
 Funibus immittens, fractâ cervice, pependit;  
 Utque salire solet mutilato vertice serpens;  
 Palpitat, & moriens clauso spiramine totus  
 Inflat, ruptusque foras jacit ilia venter.  
 Hos videt eventus Caiphas; nec funere motus,  
 Consultat Scribas, quibus illa pecunia possit  
 Usibus impendi, quâ Judas emptus acerbæ  
 Proditionis opus tristi compleverat actu.  
 Non licet hanc, cum sit pretium ferale cruoris, Matt.  
 In sacros usus & commoda vertere, dicunt: 27.6.  
 Præstat, ut hæc, sanctæ qui defuit hæctenus urbi  
 In peregrinorum tumulos locus aptus ematur.  
 Prostat ager figuli venalis; ematur ut ille, (agrum,  
 Concludit Caiphas. Hinc est, quod sanguinis  
 Qui fuerat figuli, vulgò nunc usque vocârint,  
 Ecce

Quàm bene concordant tua verba Prophetarum  
 Zach. Inclyte Zacharia Vates: Domus Israël, inquis, (ver  
 11.12. Triginta nummis argenti, dispare censu  
 Appretiat Dominum, quos deniq; vertit in agrum  
 A figulo dictum. Jesu pietatis imago!  
 Vivus eras doctrina mihi; moriensque sepul  
 Esse peregrinis optas; redivivus, anhelos (chrus  
 Scire, quid esse velis? possessio certa salutis  
 Intrudunt Dominum vincitis post terga laqueo  
 Prætoris domui; velut à lanione macello  
 Injicitur jugulanda pecus: tamen inde retracto  
 A Scribis Jesum Pilato sistere missi,  
 Abstinuere pedes; nè fortè coinquinet illos  
 Ingressus, sacroque simul de paschate vesca  
 Impediat: tam magna viros reverentia Legis  
 Continuit, sed nulla tuî miseratio, Jesu!  
 Vix abit è thalamo Pilatus, nuntia servi  
 Apportant, celebrem verbis signisq; Prophetarum  
 Qui nuper tanto cum plausu venit in urbem  
 Judicio fisti: Prætor miratus abibat  
 Ante fores; dixitque viris, quæ causa rigore  
 Pontifices armet? quæ culpa redarguat illum  
 Quem plebs nil quidquam terrenæ facis habere  
 Ad nos è Superùm gremio venisse putavit? (tem  
 Joan. Si non esset atrox manifesti criminis author,  
 18.30 Non essemus eum, clamant, tibi tradere iusti  
 Quid? retinete virum, vestris quoque legibus  
 Respondet Præses, meritas infligite pœnas. (illis  
 Non licet, ajebant, nobis occidere quemquam  
 Sed tibi, qui sanctâ magni Prætoris in urbe  
 Fungaris officio. Certè præfagia Christi  
 Conveniunt rebus; nam quæ modò facta videmus  
 Et mortem mortisque genus prædixit. Adibo

Judicium supplex ; tua sunt mea crimina, Jesu!  
 Præfide tantisper cunctante, remugit iniquum  
 Vulgus, & orditur distentis rictibus illi,  
 Qui procul à maculis, turpes affingere nævos:  
 Hic, repetunt, urbis cives commovit, eósque Luc.  
23.  
 Annua Cæsaribus vetuit numerare tributa.  
 Insuper obscurâ genitus (quis cætera nescit?)  
 Conditione, crepat, se Regum sanguine natum  
 Esse ducem Judæ, sanctæ dare jura Sioni.  
 Quid minus à tali, quàm sæva rebellio gentis,  
 Præsumi poterit? Præses, qui tædia sensit  
 Ex zelo populi, discedens, protinus ædes  
 Ingreditur, causam trutinans; Dominóq; vocato  
 Quærit, an Hebrææ gentis Rex optet haberi?  
 Respondet Jesus: Quis de me talia vulgat? Joan.  
18. 34.  
 Vel tibi fortè placet, mihi vana opponere? Præses:  
 An tibi Judæus videor? tua natio misit  
 Te mihi funestâ plectendum morte: quid ergò  
 Fecisti? Dominus respondet: Regis honore  
 Non prætendo frui, donec mea regna videbo,  
 Ad Patris æterni dextram soliumque receptus.  
 Si mea regna forent de Mundo, bella moverent  
 Adversus populum famuli, ne victima sævis  
 Traderer Hebræis; verùm mea fata recusant  
 Prælia; pacifico regnat mea dextera sceptro.  
 Miratur Præses super his, & ruminat anceps,  
 Quid sibi dicta velint; instat quærendo: Quid ergò,  
 Rex es? & hæredis titulo tibi scepra requiris?  
 Rex ego sum verus, de Cælo missus, ut Orbi  
 Mystica vera loquar, respondet Christus; & omnes,  
 Quos delectat amor veri, mea verba tenebunt.  
 Præses ait: fodes; in quo consistere verum  
 Ergò putas? tacito finem dedit ore loquendi

Salvator ; Præsesque foràs egressus ab altis  
 Eminent odeis : & postquam voce manùque  
 Murmura composuit, Scribis populóque recentibus  
 Quid sibi captivus paucis responderit. Illi  
 Corrugant, quatiuntque caput ; turbata susurrant  
 Pax est, inque meros attentio lapsa tumultus  
 Desuper iratus Præses gravitate loquendi  
 Increpat audaces, & digna silentia mandat.  
 Vos, exorsus ait, super his, quæ vincētus aperit  
 Deposuit retulitque palàm, succenditis iras?  
 Quid causæ? vultisne, virum sinè labe trucidem  
 Umbra suum corpus sequitur, sua pœna nocentes  
 Infantes punire nefas, nec Cæsaris almi,  
 Cujus ego vicibus defungor, lege jubetur.  
 Absit, ut innocuos feriam! quis juris & æquæ  
 Cultor erit, si tanta regat confusio Mundum  
 Fluctuat ambiguum vulgus, proceresque retores  
 In Scribas oculos, quos vox facunda Pilati (que  
 Egerat in rabiem; concurrunt, fitque susurrus  
 Quem clamor sequitur confuso turbine vocum  
 Esse reum mortis, resonat leve vulgus; ab omni  
 Turba Sacerdotum conficta piacula coram  
 Gentibus enumerat, commentis pluribus addidit  
 Plurima; non cessans, donec consumpserat omnia  
 Materiam falsi. Rediit, mandante Pilato, (mens  
 Ad portam Dominus; siquidem sperabat, ut amicum  
 Sisteret eloquio procerum conamina: verum (p  
 Marc. Immotus tacuit, veluti Marpesia cautes  
 15. 4. Muta repercussis incassum vapulat undis,  
 Invaluit clamor; Præses: Quæ causa tacendū?  
 Indignatus ait; nunquid contemnere vitam  
 Jura vetant? audisne, quibus conatibus illi  
 In tua conveniunt dispendia? rumpe moras  
 Nemo,

Nexus, & licitis causam defende querelis.  
 Continuat Jesus consueta silentia. Præses  
 Attonitus novitate rei, quid restet agendum,  
 Anxius ignorat: trahit hunc retrahitque volentem  
 Verum non verum; sicut versatile signum,  
 Quod superimpositum turri mutabilis aura  
 Circumagit, Boreasque jubet super ardua verti.  
 Turpia, clamabant (non est temerarius error)  
 Facta relata tibi tacito reus ore fatetur.  
 Ille Galilææ populum corruptit; & inde  
 Ad nos elapsus totam pessumdabit urbem.  
 Hæc Præses celeri capit aure, statimque repellit  
 Ancipites animi curas: Quid, turba, moramur?  
 Inquit: Si vir hic est Galilæus gente, remittam  
 Herodi; commisit enim, vos dicitis, ejus  
 In ditione graves excessus; puniat illum,  
 Cùm sit Judæus, sicut Lex vestra requirit.  
 Applaudunt; constabat enim truculenta Tyranni  
 Barbaries; sed eos spes hæc ex parte fefellit.  
 Magnificâ Solymis aderat comitatus ab Aula  
 Herodes, festosque dies celebrare parabat:  
 Præses ad hunc mittit Jesum, quia subditus illi  
 Esse putabatur: venientem cernit ovando  
 Herodes, tantæque virum cognoscere famæ  
 Expetit; adductum blandâ gravitate salutat:  
 Exspectabat enim (siquidem tam multus ubique  
 Rumor erat super his) ab Jesu signa videre.  
 Exquirat patriam; quis sit quoque sanguinis ordo,  
 Descensusque Patrum; qualisque professio vitæ,  
 Quodque genus studii, multis sermonibus urget.  
 Supprimit at vocem Jesus: frustratus inardet  
 Herodes, verbisque minas truculentior addit:  
 Sed cadit in vanum labor iste; silentia Christus

Luc.  
 23. 5.

Continuata colit. Quis te sermonis Iesu  
 Censeat, Herodes, dignum? qui nuper ovibus  
 Cædibus assiduis; bipedum quoq; pessimus ipsum  
 Qui tibi gratus erat, jugulasti latro Joannem,  
 Excepit varios, semotâ plebe, Tyranni  
 Regia Magnates: Jesum ferventibus illi  
 Accusant studiis; Herodes verò reponit:  
 Quid mihi cum fatuo? precibusq; minisq; rogatus  
 Nec labium movit; sicut simulacra Deorum  
 Oragerunt, sed muta tacent: præstabit, in alba  
 Veste putatitium regem derideat Aula,  
 Expediunt mandata viri; chlamys alba lacertis  
 Injicitur; gaudet curvato poplite Regem  
 Miles adorando: volitat sacra tempora circum  
 Multa manus; barbam trahit hic, trahit ille capillos,  
 Taliter illusum sub densâ plebe remittit  
 Herodes Dominum. Prohibet dolor illa referre,  
 Quæ meus in reditu Jesus ad Præsidis ædes  
 Sustinuit: nimum satis est, si dixerò, tota  
 In stolidos super hunc fuit urbs effusa cachinnos,  
 Blasphemos prohibete sales! est ultio, cives,  
 Præ foribus Dominae populorum! verba Prophetæ  
 Non spernenda! sciet maturo tempore Cælum  
 His adhibere manus! Mansuete revertere Iesu;  
 Arbitror illusum satis esse: revertere magni  
 Angele consilii, Patris Sapientia, Virtus,  
 Splendor, & immensi Thesaure revertere Cæli:  
 Me tibi do comitem, sociusque doloribus adsum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
 INDUCTIO QUARTA.

S. MARCUS. CAP. 15.

**P**ilatus iterum respondens ait illis: Quid ergò vultis faciam  
 Regi Judæorum? At illi clamaverunt: Crucifige eum.  
 Pilate

Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, ab Herode ad Pilatum ignominiosissimè reductus, à Judæis eorumque Principibus, non obstante Pilati debortatione, qui Christi innocentiam omni modo demonstrare cupiebat, ad probrosa crucis mortem, crudeli sedueta plebis vociferatione postulat.

**H**erodes inimicus erat spretorque Pilati;

Hic erat Herodis: parib9, quod constitit urbi, <sup>Luc.</sup> 23.12.

Ardebant odiis: sed cùm Rex pacis ad Aulam

Herodis traheretur, atrox cum tigride pardus

Fœdus amicitiaë pepigit. Quis cogitet? ipsis

Dæmonibus pax hæc requiem, veniamq; dedisset,

Si potuisset adhuc grandæva superbia duram

Flectere cervicem, Jesu mitissime Regum!

Nobis, oro, tui quotquot sub Sole vocamur

Nominis hæredes, inspira pacis amorem.

Pax reparata quidem; sed te compello Pilate,

Quid Domino facies? audis! infania vulgi,

Pontificum delusa dolo, vehementiùs urget

Supplicium vincti. Nunquid tibi constat abundè

Integritas sincera viri? mirabor inanem

Justitiæ, quâ nuper eras accensus, amorem.

Præses in ancipiti curarum turbine, qualem

Arripiat causam dimittendique colorem,

Ignorans, propiùs Judææ culmina gentis

Accersit: veniunt ex totâ gente Supremi;

Cum Scribis veniunt Proceres; venit ipse malorum <sup>Luc.</sup> 23.13.

Pontificum Summus Caiphas: quibus ille coactis,

Celsus in orchestra, distinctâ voce perorat:

Nescio, quid fati dubiâ vertigine Mundum

Circumagat! vitium pulchræ Virtutis honorem

Absorbet; ferale nefas mutatur in æquum;

O 5

Ante

Ante scelus, factique fidem, sententia mortis  
 Percutit infantes; & quando recondidit enses  
 Carnificis damnosa manus, quid fortè malorum  
 Fecerit occisus, fero censore rogatur.  
 Impietas manifesta, Patres! quâ nolo teneri: (dent  
 Numina muta quidem; sed dum sua verba remor  
 Ultrices acuunt frameas. Quid dicere tentem,  
 Non latet: ecce virum, de quo præclarus in urbe  
 Circumit rumor; cujus facundia, multis  
 Prodigis ornata, senum juvenumque favores  
 Comiter attraxit, dignumque recepit amorem.  
 O hominum fucata fides! hunc vultis atroci  
 Supplicio mortis removeri! qualis amabò  
 Iste furor, Patres? dum, quæ sit causa rigoris  
 Posco; supervacuum mihi, dicitis, ista referre.  
 Dum nitor contrâ; legem, clamatis, habemus  
 Quæ jubet hunc tolli: dum fortius urgeo vincit  
 Scire nefas, Superi! prætenditis esse rebellem  
 Et seductorem populi, qui Regis honores  
 Ambiat, & patrias studeat pessumdare leges.  
 Discussi totam, quantâ brevitate licebat,  
 Materiam facti; siquidem pertæsa morarum  
 Plebs urgebat opus; sed pro (sacra Numina testor  
 Corpore delicti, non vidî corporis umbram.  
 Novistis, quòd vera loquar; sed an inde remissus  
 Fervor inhumanæ plebis? civiliter urfi  
 Dissuadere malum; genui nova pabula flammis  
 Invidiæ; nihil ista moror; quòd oporteat esse  
 Cordatum, qui jura colit, jubet Author eorum  
 Quam vincti noxam vestræ quoque Legis amator  
 Herodes reperit? multorum sanguine Regni  
 Sceptra cruentavit; sed ab hoc prudenter atroc  
 Abstinuit pœnas, ejusque silentia risu

Luc.  
 23.15.

Et nugis Procerum, non funere, digna putavit,  
 His bene perpensis, Patres, nolite gravari,  
 Quòd subterfugiam, vestro populique rogatu  
 Condemnare virum; cuius, quod jura requirunt,  
 Verificare nefas testes, mera falsa locuti,  
 Non poterunt: cohibete viros; facitote, recedat  
 Plebs nimiùm commota; nihil restabit agendum,  
 Quàm vi Justitiæ vincitum dimittere: dixi.  
 Præfidis asperitas, & acutus sermo momordit  
 Livida corda Patrum, confuso murmure verba  
 Discutiunt; referuntque suis, à Præsidente, verso  
 Iustitiæ cursu, vinciti delicta foveri.  
 Infremuit stimolata cohors, ut aquaticus Auster,  
 Aut rigidus Boreas per opaca silentia sylvæ,  
 Et nemorum frondes raptus: plebs, dico, tumultu  
 Infremuit; nec enim, nisi præstò fulgur atrocis  
 Militiæ tenuisset eam, mansisset inausum,  
 Quidquid seditio vel dira rebellio tentat.  
 Hos inter populi fremitus vox eminent una,  
 Quæ culpat Dominum, quòd amet cupiatque vo-  
 Filius Excelsi. Præses, qui mente sagaci, (cari  
 Quâ decoratus erat, complura notaverat antè  
 In Domino, solitas hominum superantia dotes,  
 Turbatus novitate rei, descendit ab alto,  
 Ingressusque domum Iesum vocat ante tribunal.  
 Accessit Dominus: Præses, quem cura sciendi  
 Urgebat, quali Iesus sit origine natus,  
 Immotos oculos in eo sine fine tenebat:  
 Et quoniam gentilis erat; dubitabile verum  
 Esse verebatur, ne quis fortasse Deorum  
 Semine progenitus, vel Cælo Jupiter ipse  
 Venerit, humanâ lustrans sub imagine terras,  
 Scitatur patriam, quæ sit fortuna parentum,

Vivendique modus, pariter tot mira docendi,  
 Quæ tandem Solymam veniendi causa, seorsum  
 Inquit, Jesus à Præside tanta rogatus,  
 Verba premit: Præsides, dubio crescente, rogando  
 Instabat; sed tu pergebas Christe tacendo.  
 O Pilate! dies, quâ gentibus aureus ille  
 Sol Evangelii dabitur lucere, moratur  
 In Patris æterni placitis suspensa, quiesce,  
 Donec Romanis, tenebrarum nube remotâ,  
 Luceat alma Fides: Iesum non esse nocentem,  
 Sufficiat didicisse, Penès te stare, severo  
 Ore tonas, Dominum rigidæ subducere morti,  
<sup>Joan.</sup> <sup>19.10.</sup> Vel crucis immani tormento tradere; verùm  
 Insuper sterilemque minæ! nam nullus amantem  
 Terror mortis habet: descende profundius ergo  
 In Domini responsa: Tibi, Pilate, potestas  
 In me nulla foret penitus, nisi desuper illam  
 Ex Superum placito jussu tibi fata dedissent,  
 O qui difficili versatis in axe bilancem  
 Iustitiæ, vestris commissa negotia curis  
 Sollicitâ trutinante manu; notat omnia summus  
 Arbitrator; ambiguam vigili ratione stateram  
 Aspicit, & vestros (sed quis considerat illa)  
 Ad tenues scrupos & grana reponderat actus.  
 Implicitus dubio Præsides, curisque gravatus,  
 Alta reascendit: quo viso vulgus hiabat  
 Auribus arrectis, cupidum responsa sciendi,  
 Quæ dederat Iesus: Præsides caput atque lacertos  
 Concutit ad modicum; tandem sic ora relaxat  
 Indignatus ego, vestroque furore coactus  
 Descendi, super hoc, quod vincetus Filius almæ  
 Numinis esse velit, solidas inquirere causas;  
 Sed me frustratum lusit temerarius error,

Suspenditque magis: quis enim secreta Deorum  
 Abdita, quantumvis vegetæ fit acumine mentis  
 Præditus, humano poterit cognoscere sensu.  
 Non est, quod refero, gentilia sacra sequentis  
 Vana volubilitas, ut gens Iudæa putabit;  
 Nec favor ullus adest: juro per nobile lumen!  
 Quod Deus à Mundi primâ statione diebus  
 Præfecit, moneoque Patres, accommodet aurem,  
 Quisquis amat ratione regi: pronuntio vinctum  
 Criminis immunem. Variato examine testes  
 In latus alternum verti, & mera falsa locutos,  
 Convici liquidò, nec eos hinc ulla remordet  
 Culpa: quid est, superi! quod vestros impedit iet?  
 Quod caput est, timeo, ne quis sub imagine vincti  
 Divorum latitet; jubet hoc me credere, Patres,  
 Prodigiosa manus, quâ morbos sustulit, unâ  
 Voce salutari pepulit de sede malorum  
 Spirituum faces: nunquid sine Numine, vitæ  
 Luce reaccensâ, potuit mandare sepultis,  
 Ex tumultis prodire foràs? exempla loquuntur  
 Publica, non vanis anuum rumoribus urbi,  
 Ut commenta solent, hæc sunt illata. Profectò  
 Omnia si desint, collecta modestia frontis  
 Crimen abesse docet: placidâ est gravitate decor,  
 Si patriam, gentemque rogo: si blandior, ora  
 Vertit humi: stomachor; suspenso totus inhæret  
 Sideribus vultu: sævam dum fulmino mortem  
 Intentoque cruces, manet imperterritus. Ergò  
 Iustitiam peramate, viri! Si legibus utar,  
 Quis uti teneor; fas est dimittere Iesum:  
 Si rectâ ratione; jubet prudentia vinctum  
 Libertate frui: si denique consulo jura,  
 Quæ Deus humanis inscripsit cordibus; omnis

Eri-

Eripitur vindicta mihi. Convincitè Patres  
 Me, si vana loquar: si non; dimittite Iesum,  
 Hæc dum Præses ait, malefuado murmure Scribæ  
 More susurronum dementant pectora plebis;  
 Accendunt populum gravius, jurantque, Pilatum  
 Ex odio gentis captivi probra tueri,  
 Quærere dissidium Iudæ, gaudere ruinâ  
 Interitûque Iacob: cui junctis viribus omnis  
 Opponenda manus. Plebs omnis acuminat aures  
 Patribus applaudit, positâsque refuscitat iras.  
 Vana superstitione! clamat, quis credat Olympo  
 Indigetes venisse Deos, hominûmque figurâ  
 Assumpsisse? patet nobis, miracula vincit,  
 De quibus annosæ cecinerunt classica matres,  
 Dæmonis auxilio, vel nunquam facta fuisse:  
 Mentitur facies; tegitur sub floribus atrox  
 Bufo, vel atroci bufone nocentior aspis.  
 Tolle nefas; affige cruci: te scandala magnis  
 Exemplis cohibere decet; nec gratior ulla,  
 Crede Pilate, potest mactari victima Divis,  
 Quàm sceleratus homo. Posito clamore, Pilatum  
 Patribus exponit, quæ sit cautela ferendi  
 Iustitiæ fasces; præsertim quando peractis  
 Officiû curis, operum censura timetur.  
 Tiberius summis, ajebat, honoribus æqui  
 Ornat cultores; è contrâ maximus osor  
 Est injustitiæ: quid creditis esse futurum,  
 Si Romam vaga fama ferat, me Præfide, tantis  
 Prodigis celebrem, sublatum morte prophetam  
 Cæsaris ira nocet! si vos (hîc verba Pilatus  
 Sollicito nisu bis tærque resorpta momordit,  
 Illa tamen profert) portare pericula vultis,  
 Captivum flagris cædam; sed judico mortem

Non meruisse, Viri, Pilatum denique votis  
 Cedere gavisi, validis clamoribus instant,  
 Utrucrifigatur. Iesu cadende flagellis,  
 Me videt authorem scelerum tua Curia: vestras  
 In me, lictores, in me convertite plagas!

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
 INDUCTIO QUINTA.

S. JOANNES CAP. 19.

Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit, & milites  
 plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus:  
 & veste purpureâ circumdederunt eum &c.

SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus, à Pilato (qui per  
 hanc lanienam populum à Scribis exacerbatum ad misericordi-  
 am permovere satagebat) flagellis crudeliter casus, populo osten-  
 ditur; at tamen Barabba seditioso latroni posthabitus, igno-  
 miniose cruci à vorace Pilato adjudicatur.*

Prævia nox vario tremefecerat omine caram  
 Præfidis uxorem: plangebatur noctua carmen  
 Exequiale; canes ululabant; tota tumultu  
 Ignoto turbata domus pellebat obortum  
 Sæpius ex oculis fomnum, dormire volenti.  
 Vix incepta quies mœstâ sub imagine vinctum  
 Sistebat Dominæ; quo denique territa spectro,  
 Se cubitis innixa levat, famulâsque relatis  
 Luminibus vigilare jubet: pertæsa morarum  
 Increpat auroram; quæ demùm reddita Mundo,  
 Notificare finit rerum portenta marito,  
 Et simul hortari, nè fasces sanguine justis  
 purpuret; esse Deos, quorum metuenda citatis  
 Passibus à tergo facinus vindicta sequatur.  
 Conjugis ostento turbatum luridus horror  
 Invadit: removet fasces; surgensque relictâ  
 Sede tribunali, semel, & bis, terque retentat

Matt.

27.19.

Fa-

Facundo sermone Patrum lenire furorem.  
 Et quia moris erat, festis majoribus unum  
 Matt. Ex vincētis populo dimittere; sedulus urget,  
 27. 15. Marc  
 15. 11. Ut plebs pro Jesu communi supplicet ore.  
 Sed furdīs canitur, præventâ plebe malignis  
 Pontificum monitis: fit sævior inde tumultus  
 Quem Scribæ duplicant (posses æquare boatum  
 Effrenis populi nimbis ululantibus) alto  
 Unanimes, hunc fige cruci, dimitte Barabbam  
 Conclamant fremitu. Vah!barbara natio Judæ  
 Non pudet infonti tantum præferre latronem  
 Descendit Præses curarum plenus & atræ (lossi  
 Quid sibi noctis aves, quid vox gemebunda mo  
 Quid vaga spectra velint, turbatâ mente voluta  
 Est, secum recolit, perversæ gentis acerba  
 Barbaries; quid ego coner? cur territa conjun  
 Ostentis? Cælum! si quis Deus ullus in illo  
 Regnat, disturba, vel da mansuescere gentem  
 Cæsaris intererit, tantis à motibus urbem  
 Et populi furis servare: necessitor ergò  
 Ut vincētum (quamvis mens averfata furorem  
 Horreat) innumeris jubeam laniare flagellis;  
 Fortè truces animi crudelia flagra videndo  
 Deponent furias: afflictis saxa feruntur  
 Condoluisse: velim, si fallat opinio, nigri  
 Exitiale chaos populum deglutiat Orci.  
 His ità firmatis, Martem, qui stabat in armis,  
 Joan. Congregat, atque jubet captivum mille flagella  
 19. 1. Matt. Castigare; ruunt acceptis jussibus omnes  
 27. 26. In diversa; secant ramos ex arbore, virgas  
 Conficiunt; funes, scuticas, & quidquid in usum  
 Flagrorum servire potest, bacchante furore (ch  
 Arripiunt: Dominum (pudor est!) sinè veste, verè  
 Vix

Vix bene contectis, duplicato fune trabali  
 Astringunt palo: post hæc, ut grando per Austrum  
 Arbustis illisa solet, crepitare flagella  
 Incipiunt: numerosa cadit, numerosa resurgit  
 In nova flagra manus. Res est horrenda relatu!  
 Crura, pedes, lumbos, scapulas, dorsumq; latusq;  
 Cum cervice caput, vaga carnificina pererrat.  
 Ictibus incumbunt ictus; in vulnera plagæ  
 Concurrunt; trepidant venæ; vix ossibus hæret  
 Rupta caro; toto nil est in corpore sanum.  
 Purpureo fluit imbre solum; tabulata cruentant  
 Excussæ ferulis guttæ; per inania rami  
 Virgarum volitant. Inferni spectra videte!  
 An nequeant homines vestros æquare furores?  
 Labitur in terram Dominus: cessate tyranni!  
 Fortè animam callapsus aget: cessate flagellis!  
 Supponam mea dorso reus; cur triste recusem  
 Supplicium? merui: quid agis mea Vita? levare!  
 Tu dolor es; facinusque meum: mea dextera plagis  
 Est inscripta tuis; mea lumina flumina fundant,  
 Ut tua, mi Iesu! contritus corde, lavando (mi  
 Vulnera consolidem. Concurrite, quotquot Ada-  
 Crimine stringimini, nostrisque accedite votis.  
 Respirat Dominus; redeunt ad verbera pugni:  
 Præses adest, Iesumque videns in sanguine volvi,  
 A flagris cessare jubet; fierique coronam  
 Ex spinis, sceptrum ex cannis, ex murice vestem Matt.  
 Ordinat, ac populo tali sub imagine Regem 27.27.  
 Præcipit ostendi Fiunt mandata: probrosum  
 Imprimatur lacero capiti diadema; feroces  
 Ad cerebrum penetrant spinæ; nova copia sacri  
 Sanguinis erumpit: patitur, miserabile visu!  
 Deliquium mentis; cervix collapsa fatiscit!

P

Iam-

Jamque cadunt oculi, membrisq; novissimus hoc  
 Infidet. Ah! prohibete mori! satis ille dolorum (ro  
 Pertulit: accedam plorans; opobalsama sancta  
 Naribus affundam: Jesu tristissime! nostra  
 Sit tibi grata, precor, compassio, balsama funde  
 In te fixus amor; lacrymæ fomenta ministrent  
 Interea Dominum mediâ de morte reverti,  
 Transfixum relevare caput, lassumque cruentum  
 Inniti genibus, grandi mœrore, videmus,  
 Erigitur, saxoque rudi pro sede potitur:  
 Purpureo centone latus vestitur; arundo  
 Inferitur manui; curvato poplite, Regum  
 More salutatur; colaphis tumefacta, saliva  
 Conspuitur putri facies; quid plura? nefanda  
 In mera carnifices laxant convicia rictus.  
 His rabies saturata finit, mandante Pilato,  
 Ostendi Dominum turbis: inclusa securis  
 Fascibus effertur; cinctus latus omne ministrum  
 Subsequitur Præses; post hunc, plorate fideles  
 Attrahitur Dominus. Lacrymabile schema! crucis  
 Horruit aspectu vulgus; tacitumque Pilato (ent  
 Concessit spatium pro Jesu pauca loquendi:  
 Jo an. 19. 6. *Ecce, profatur, Homo!* (chlamydemq; repandit le  
 Vix hominis speciem retinens, summique dolorum  
 Flebile prototypon: contemptu plenus acerbum  
 Sustinuit plagas; multis de millibus unum  
 Vulnus, inhumanis corpus laniando flagellum  
 Effecit rabies: certè! nisi frena dedissem  
 Ausibus, è lacero pepulissent corpore vitam:  
 Quod superest animæ modicum, sinè Numini  
 Tollere non ausim: nolo, me tigride natum (ro  
 Postera Judaicas traducat fama per urbes,  
 Sæviturum satis est; funesta tragœdia tandem  
 For

Fine coronetur. Moveor dimittere vinctum  
 Plenum vulneribus ; Solymæis pulsus ab agris  
 Vivat in exilio : quamvis me iudice nulla,  
 Quæ miserum possit convincere, causa superfit.  
 Vix ea fatus erat, mirum ! ( nam corda malignæ  
 Gentis in eduros filices converterat Orcus )  
 Turba reassumptis resonat clamoribus : Ulmo  
 Hoc appende scelus ! crucifige ! domabile solâ  
 Morte recide nefas ! Præses per talia motus  
 Altâ voce tonat : Feritate videminor urfos  
 Pantherasque truces præcellere ; vixque teneri  
 Credo sub humanis hominum vestigia formis.  
 Eheu qualis homo ! laniatum mille flagellis  
 Corpus hiat ; Superi ! miseret me pauperis hujus  
 Afflictique viri : vos propria natio , versi  
 In scopulos , nullum sentitis corde dolorem ?  
 Insanite ferox vulgus : dimittere vinctum  
 Nolo retardari ; quis enim , finè vindice Cælo,  
 Infantes delere potest ? Si vultis habere,  
 Ocyus extradam vobis ; occidite Jesum :  
 Dummodò non maculem justorum sanguine Divi  
 Cæsaris Augustos fasces. Pars ultima vocis  
 Non evanuerat , duplicabant murmura turbæ.  
 Justitiæ zelus , reboant , finè jure vocatur  
 Durities animi : qui non castigat iniquos,  
 Irritat ; rigor hic vigor est & gloria legum !  
 Tolle putatitium regem ; crucifige ! quid inde ?  
 Rumpe moras ! Absit, vestrum crucifigere Regem, Joan.  
 Præses ait. Turbæ respondent : Solus & unus 19.15.  
 Tiberius Cæsar nobis Rex imperat : omnis, Joan.  
 Qui sibi sceptrâ capit Solymæa , piacula læsæ 19.12.  
 Majestatis habet : caveat sibi quisque , rebelli  
 Auxilium præstare fugæ : sincerus amator

Cæsaris esse nequit, qui tali labe notatum  
 Libertate beat. Respondet plurima Præses,  
 Luctaturque diu; sed cum ratione furorem  
 Flectere non posset, neglecto jure, quod ante  
 Laudibus extulerat, populo consentit iniquum  
 Impius, infamis timor, & vecordia nunquam  
 Detestanda satis! te iudice labe carentem  
 Non modò, perversæ placiturus inaniter urbi  
 Ad fera flagra trahis; sed, quod miramur, eundem  
 Ex tenui vanoque metu crucifigere mandas?  
 Grande malum! nullis scelus æquiparabile damnum  
 Erro; salutiferum scelus hoc fuit, utile toti  
 Humano generi: quamvis, quod oportuit, in  
 Contigerit Pilate tibi pars nulla salutis.  
 Lætantur Scribæ; congaudet mobile vulgus;  
 Sæpius obsesso proscripse ex corpore Dæmonum  
 Exultas: sed quod sperabas utile, fiet  
 Exitiale tibi. Comparet latro Barabbas,  
 Carcere dimissus; donatur civibus: illi  
 Insignes referunt, laudato Præsidente, grates.  
 Sed mens pressa malis Pilatum turbat, & urbi  
 Acclamare jubet: Cives urisistis, & usque  
 Cogitis instanter, Jesum crucifigere: vestris  
 Sed tamen invitus, tribui clamoribus aures,  
 Consensusque malis. Quo dicto respicit unum  
 Ex famulis, pelvîmque jubet, lymphâmque parantem  
 Supponit, mundatque manus: his denique lotas  
 Abstersisque palam; turbis, ut dedecus esse  
 Testatum Mundo serisque nepotibus, inquit  
 Ecce manus puras à justis sanguine! vestro  
 Ex jussu moritur: vos, gens Judæa, manebitis  
 Exitus auspicio gravior; me nulla futuri  
 Sollicitudo gravat. Sed protestatio calva,

Dissemi

Dissimilis juri, cùm sit contraria facto.  
 Discite posteritas generoso corde tueri  
 Oppressos inopes, nullisque favoribus uti:  
 Tuta domus justì, quamvis è cardine Mundus,  
 Et discussa ruat Cœlorum machina, Vulgus  
 Futile, cautelam timidi Prætoris aniles  
 Esse putans curas, uno commurmurat ore:  
 Ergò cadat vincti sanguis super Israël; urbem <sup>Matt.</sup>  
 Ille cruor jugulet, nostrisque nepotibus obsit. <sup>27.25</sup>  
 Onimium secura Sion! non tela, nec ignes,  
 Non hominum numerosa manus, nec ferreus ag-  
 Obstiterint, quin ausa luas. Tristissime Jesu! (ger  
 Difficilem, fateor, sub iniquo judice causam  
 Gessisti: tua causa, salus mea; vita tuorum, (thor  
 Mors tua: nunquid ego sum complex criminis? au-  
 Et scelerum coryphæus ego! mea culpa scelusque  
 Te sceleris vacuum pessum dedit. Ergò fatebor:  
 Obstupuere tibi dentes; ego cruda comedi.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
 INDUCTIO SEXTA.

S. JOANNES CAP. 19.

Susceperunt autem Jesum, & eduxerunt, Et bajulans sibi  
 crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum,  
 hebraicè autem Golgotha: ubi crucifixerunt eum, &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Jesus Christus, vestibibus suis rein-  
 ductus, immani crucis sarcinâ oneratur; & Hierosolymis,  
 inter ignominiosissima effrenis populi opprobria & maledictiones,  
 semivivus in montem Golgotha, innumerabili hominum  
 multitudine spectante crucifigendus educitur.

Vix prolata fuit mortis sententia, præcox  
 Fama gradu celeri totam perlabitur urbem.  
 Concurrent juvenes; adrepat tarda senectus;

Et quia majori festum Paschale paratu  
 Vulgus adornabat ; variis ex urbibus ingens  
 Orbis in urbe fuit , multis qui millibus auxilium  
 Accursum populi. Confusa tumultibus urbis  
 Compita turbantur ; domuum fastigia multo  
 Spectatore crepant ; variis sermonibus ora  
 Occupat infamis lethi sententia : Scribæ  
 Significant plebi ; detecta piacula vinciti ; (ultis  
 Hunc plusquàm meruisse crucem ; non esse, quod  
 Supplicium tardare queat. Plebs credula diris  
 Devovet infontem Jesum ; dolet insuper , uno  
 Tantùm posse mori letho , quem plura merent  
 Tanta peritorum dicant oracula Patrum.  
 Interea Dominum , jussu Prætoris , ad atra  
 Inferiora domûs , ubi vidimus antè tremendis  
 Verberibus cæsum , licitorum turba reducit. (gunt  
 Eripiunt humeris chlamydem , propriisq; recin-  
 Vestibus , & solidis dextrum latus atque sinistrum  
 Innectunt laqueis. Mox vasti ponderis arbor  
 In binas dissecta trabes , trabibusque deinceps  
 Transversim junctis , fit crux : hanc licitorum  
 Imponit Domino ; qui tantâ mole gravatus (quis  
 Fluctuat , inque solum depresso poplite lassus  
 Corruit : insequitur labentia crura cadendo  
 Pondus , & horribili prostratum supprimit ictu.  
 Lictores adsunt , removent à corpore lignum  
 Inque pedes Jesum relevant : pertaxa morarum  
 Turba jubet celeri Dominum procedere gressu.  
 Perge scelus ! clamant ; maledictis verbera jun-  
 Crux relevata solo, Christi q; recepta lacertis (gunt  
 Cervicem dorsumque premit ; duplicatus atroc  
 Mole dolor cruciat , plagisque recentibus urit,  
 Processit Jesus , celer exit anhelitus ore ;

Joan.  
19.17.

Stare pedes dubitant; circumfusisque fatelles  
 Nutantem quandoq; tenet; quandoq; ministrant  
 Obvia saxa basim: tentat tamen, atque retentat  
 Ire; cadit, surgit; tristi, surgendo, cadendo,  
 Tramite carpit iter; miseranda tragœdia visu!  
 His quem non moveo, de sæva tigride natum  
 Esse reor, vel lac rapidæ suxisse lænæ.  
 Sufficit: ad reliquos pergunt mea carmina luctus.  
 Innumeri juvenes, baculis quoque nixa senectus,  
 Calones, lixæ, balatrones, hoc genus omne  
 Præpediunt venientis iter: plebs omnis ad illud  
 Hocque latus, muros, ædésque coërcita, Jesum  
 Subj cruce plorantem, pressum, tam sæpe cadentem  
 Non juvat, aut relevat; sed durâ voce repellit. tem  
 O Jesu! tibi nulla quies conceditur, eheu!  
 Unica mors superest, tantorum meta laborum.  
 Sed, licet abnueret passim plebs effera victo  
 Suppeditare manus, humerisq; levare cadentem;  
 Attamen intererant populo, quos juris & æqui  
 Exstimulabat amor: Superi dormitis! aperte  
 Exclamant; pudor est, quantam dementia gentis  
 Vertitur in rabiem! cives! Deus alme! quid illud!  
 Cernite, quid valeant humeri, quid ferre recusent!  
 Auxilium præstare viro: sub mole recumbit!  
 Vir Cyrenæus tandem, prænomine Simon, Matt.  
 Cultor agri, veniens defessus rure, lacertos 27.32.  
 Cogitur invitus tantæ supponere moli.  
 Ofelix Simon, onus hoc si sponte tulisses!  
 Tessera Christi adûm crux est, & terror Averni;  
 Et propè Numen habet sancta & venerabilis arbor.  
 Interea Domini Mater, rumore nefandi  
 Supplicii tremefacta, flagrat valedicere Jesu.  
 Hinc matronarum tristi comitata cohorte,

Egreditur lacrymosa domo; Solymisque bicornem  
 Nacta viam, quâ turba ferunt iter esse reorum  
 Lugubris incedit plorans, & pergere Nati  
 Ardet in occursum; matrum circumstat amara  
 Turba fluens lacrymis; veluti cum Vere reverti  
 Bistonix tepuere nives, liquuntur in amnes.  
 Hos inter planctus, abjecti reptilis instar,  
 Tardus adest Jesus: quem Mater vidit, & ecce!  
 Horruit aspectu, gelidæque simillima morti  
 Excessum mentis patitur: vix reddita vita,  
 A turbis, pleno multis singultibus ore,  
 Postulat amplexum Nati mœstissima Mater.  
 Siste gradum; laudanda rogas, nec digna negant  
 Admittenda tuo centum dabis oscula Nato,  
 Amplexus centum; quos inter talia plangit:  
 O uteri fortuna mei! pars ultima vocis  
 In medio jugulata sono luctatur, & omnem  
 Lingua recusat opem: tandem laxata dolore  
 Vox invenit iter, gemitisque in verba soluti:  
 O utinam mea lux, mea spes, mea vita, meumque  
 Cor Fili! pro te vitam, tecumque liceret  
 Reddere! mors felix posituræ morte dolorem:  
 Quid curem superesse diu? pie spiritus exi!  
 Ut duo concordem animam moriamur in unâ:  
 Plura redux mœror vetuit; nec turba finebat  
 Longius in charâ Matrem cervice morari.  
 Hinc Nati cubitis exempta, novissima dulces  
 Amplexus laxat, tremulæque miserrima dixit  
 Ore: *Vale Fili*; collapsaque corpore, toto  
 Corruit exanimis. Matres! ex pulvere Matrem  
 Eripitote Dei, nimio ne pressa dolore  
 Præveniat moriens instantia funera Nati.  
 Accurrunt, Matremque levant; ex morte reverſa  
 Eher.

Eheu! funeream sequitur tristissima pompam,  
 Ex hoc imbelli comitatu fœmina quædam,  
 Traditione Patrum Veronica vocata, cruore  
 Exundans Christi caput abstersura, cucurrit:  
 Admittis pietatis opus, mitissime Iesu!  
 Porrigis obtutum; mulier promptissima tergit:  
 Terferat; & facies in sindone tota resedit.  
 Nobile prototypon Domini; quod Roma (sacrorum,  
 Eversâ Solymâ, Superis tribuentibus hæres  
 Facta) peregrinis illuc venientibus offert.  
 Exivit Solymis, quidquid sua crura movere,  
 Et proferre pedes poterat; cum matribus ingens  
 Turba puellarum, juvenum quoq; maximus ordo;  
 Vivebat Solymæus ager, coopertaque Mundo  
 Arva tegebantur; sicut pluvialibus Ister  
 Exit adauctus aquis, vicinâque prata pererrat.  
 Motibus ambiguis, dubiisque favoribus omnis  
 Spectator pensabat opus: sua facta probabat  
 Invidia Synagoga caput; doctrina salutis  
 E contra, stabili signorum luce probata,  
 Plures in solido Domini firmabat amore.  
 Præ reliquis matres, in quarum cordibus ipso  
 Naturæ ductu posuit clementia sedem,  
 Grande nefas flebant: Iesus se vertit, & illis  
 Vaticinatus ait: Quid me defletis amicæ?  
 Nil juvat, ut surdas vestris plangoribus aures  
 Pulsatis populi, placitumque libenter euntis  
 Impediatis iter; vestrum differte dolorem,  
 Et propriis servate malis: non plangite Jesum;  
 Sed patriam, cives, uteri quoque pignora vestri,  
 Denique vos ipsas condigno plangite luctu:  
 Tempus enim verò veniet fatale furoris,  
 Terribilisque dies, quo vos, ô optima matrum

Luc.  
 23.27.

P 5

Vós-

Vósque puellarum lectissima turba, tremenda  
 Luctibus oppressæ, pavido resonabitis ore:  
 Felices steriles, quæ non genuère! beata  
 Ubera, quæ nullo lactârunt tempore prolem!  
 Quid loquar ulterius? dum mente per omnia di-  
 Prævideo, matres, pereundi mille figuras:  
 Audio clamari: Montes incumbite nobis!  
 Et nos, ô colles, densis operite ruinis!  
 Hæc, ingrata Sion! hæc sunt dispendia rerum  
 Expectanda tibi; siquidem dum talia fiunt  
 In viridi, quæ non fors arida ligna manebit?  
 Vix quadraginta vicibus Sol annuus Orbem  
 Zodiaci solito cursu confecerat; ecce  
 Urbs intestinis agitata furoribus, \* audit,  
 Væ! væ! væ Solymæ! clamari: cernit in alto  
 Horrendum trucibus flammis ardere cometam  
 Iudæos populo Romano namque rebelles,  
 Ulturi rapiunt ex postibus arma Quirites;  
 Arma vetusta Patrum. Varios aptatur in usus  
 Ferrum, quod parmam firmet; quod muniat arcum  
 Belligeros quod frenet equos, quod vincula nec  
 Prolibus abductis; quod Hebræo sanguine fumet  
 Castra superba locant; circumdant mœnia vallæ  
 Sævitas in urbe fames; profugi capiuntur ab hoste  
 Et captivorum numerus crucifigitur ingens  
 Sylva minor crucibus, cladésque miserima!  
 Nobilitas cum plebe ruit, latèque vagatus  
 Ensis vix ulli rabie crescente pepercit.  
 Stat cruor in Templo, multâque rubentia caecum  
 Urbis saxa madent; nulli sua profuit ætas:  
 Non senis, ad finem vitæ properantibus annis  
 Abbreviare diem piguit, nec ab ubere matris

\* *Joseph. de Bell. Jud. L. 7. c. 12.*

Pendentes pueros, duplicatâ tollere cæde.  
 Lingua file; non est ultrâ narrabile, quantis  
 Sera Palæstinos consumpserit ultio pœnis.  
 Ad tua, mi Iesu! convertor dramata: lassum  
 Te video, plenum roseo sudore, gravatum  
 Mole crucis, curvum te montis in ardua niti;  
 Si mereor, tanti comitem sociumque laboris  
 Me patiare, precor! Video, tristissima Matrum,  
 Te video Nati vestigia mœsta sequentem;  
 Te video, rapidis ut cymbam fluctibus, amplis  
 Luctibus oppressam, gelido sudore natantem,  
 Tristibus immersam lacrymis, pelagôq; dolorum:  
 Compatior! tantique peto consortia luctûs;  
 Te Matrem: sed quæ conventio lucis, et umbræ?  
 Difmas & Gesmas, trucium par grande reorum,<sup>Luc.</sup>  
 Insignesque gravi multorum cæde latrones,<sup>23.32.</sup>  
 Educti vinctis manibus post terga sequuntur.  
 Hos comitatur atrox liëtorum copia, gestans  
 Instrumenta, malam sævamque parantia mortem.  
 Denique Longinus, nulli cessurus in armis,  
 Magnanimo sublimis equo; pugnûmque bipenni,  
 Armatusque femur gladio; latus omne superbo  
 Milite cinctus, adest motum compescere vulgus.  
 Hæc fuit ad tristem processio lurida montem  
 Golgotha: quàm multò fuit hæc inamœnior illâ,  
 Cùm sacra Thariades Superis holocausta daturus,  
 Spem feram, columénque domûs educeret Isac.  
 Perge salutifero, Iesu Via vera! labore  
 Ad Cælum reparare viam, quam clausit Adamus,  
 Dum mortis substravit iter: labor ille triumphum  
 Terrigenis pariet, turbabit regna tremendi  
 Ditis, & æternæ confringet vincula mortis.

POE-

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
INDUCTIO SEPTIMA.

S. MATTHÆUS. CAP. 27.

**E**t venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvaria locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum; & cum gustâisset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes; ut impleretur, quod dictum est per Prophetam dicens: Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, in montem Calvaria sive Golgotha luctuosissimè eductus, ibidem inter duos famosos latrones, ut eorum antesignanus, populi seductor, & perduellus, qui gentem contra Casarem excitâisset, & se fecisset regem, crucifigitur.

**H**actenus exhibui præludia magna! dolorum. Iam verò majora fide, majora relatu Attoniti spectate viri: spectate! tragædus Actor inaudito referam spectacula luctu: Vasta theatra patent; velamina mota tremant. Clariùs ostendent, quid portet Golgotha, Munde. Huc oculos, vigilésque pii convertite mentes Christiadae; vos tangit opus: spectate fidei. Pectoris intuitu, lassum sub pondere Iesum. Tot post angores ac tædia magna viarum, Post varios luctus, in vertice montis adeste. Crux humeris excussa ruit: fodit ocyus aptam Carnificum pars una scrobem, quæ postea ligata. Accipiat teneatque pedem; pars altera magnis Viribus incumbit terebris, formâtque, prementibus. Et torquendo, vias clavorum: fune soluto, Denudant alii Iesum; soloque pudore

Vix bene confecto, corpus venerabile duris  
 Injiciunt trabibus. Quòd si, componere summis  
 Ima, mihi fas est; veluti pecus ièta securi,  
 Quam superincumbens lanio, mucrone resecto  
 Gutturè, deglubit; sic, ô tristissime Iesu!  
 Magnorum tibi turba furens atròxque latronum  
 Incumbit: trahit hic dextram, trahit ille sinistram,  
 Hic caput, ille pedes: subjèctæ corpus adaptant  
 Imponuntque cruci. Mater lassata sequendo  
 Sera venit; viridis palmæ sub frondè reclinans,  
 Mox subsidit humi, mentem superante dolore.  
 Sæpe piæ comites teneris amplexibus ægram  
 Tollere conantur; consolarique gementem;  
 Sed frustrà, raptæ dicunt solatia menti:  
 Muta jacet, virides ægris terit artubus herbas;  
 Humectâtque pio lacrymarum gramina rivo.  
 Imponunt clavum dextræ; dat malleas iètum,  
 Multiplicâtque; sonus Matris defertur ad aures:  
 Hæc ad quemq; tremens, rumpi sua viscera sensit.  
 Lava dein brevior, quàm quæ pertingere possit  
 Ad loca clavorum; sed fune ligata (dolorum  
 Triste gen9!) trahitur, multumq; retracta, foramen  
 Equat, & incussum vehementi verberè clavum  
 Fixa cruci recipit, fibrisque trementibus horret.  
 O Superi! tardatis opem? dispergite flammis  
 Furciferos; vel dente fero consumite sævi,  
 Qui sub inaccessis habitatis rupibus, ursi! (nem?  
 Hei mihi! quò labor? quem mens mea concipit ig-  
 Quid cinis exiguus stomachor? cùm mitior agno  
 Ora premas Iesu, dilatans brachia, totum  
 Ut tibi perpetuis jungas amplexibus Orbem.  
 Taliter extensis manibus, clavóque ligatis,  
 Restabat laniena pedum; quos, milite signum

Dan-

Dante, lacertosi calones fune trahebant,  
 Tandem distractâ genuum compagine, bina  
 Pleniùs æquabant terebrata foramina plantas  
 Curritur; obtusos offert sine cuspide clavos  
 LiCTOR, & imponit pedibus, clavâmq; levans  
 Et relevando, feris transverberat ictibus ambros  
 Abruptæ trepidant venæ; fluit unda soluti  
 Sanguinis; & nervi solitâ statione revulsi  
 Multiplicant rigidum summâ feritate dolorem  
 Mater ad auditos sonitus (quis posse negabit)  
 Ut solet attritus Cœlorum fulmine, tota  
 Obrigit: tristes matronæ (flebile visu)  
 Circumstant, agitantque ægram: sibi reddita, tota  
 Surgit; & optatæ non est data copia mortis. (da  
 Interea mediis fastigia Phœbus Olympi  
 Scandebat, summoque crucem sub Sole levans  
 Tempus erat: vocat hinc furiosi robora vulgi  
 LiCTOR in auxilium; currunt; validique lacert  
 Ocyùs injiciunt trabibus; modicumque levans  
 Tergora lata cruci supponunt: altiùs actæ  
 Substituunt hastas; stantemque, ferociùs antro  
 Injiciunt; & nè forsan commota vacillet  
 Pars immissa, scrobem saxi, palisque tuentis  
 Mens devota Deo rigidos perpende dolores,  
 Quos tuus erectâ patitur crucis arbore lesis  
 Quippe gravans pondus crucifixi corporis omni  
 Extendit nervos; detrusum robur in antrum  
 Vulnera dilatat; grandis concussio plagas  
 Concretas tabo renovat, capitique coronam  
 Fortiùs illidit. Perpende, quòd anxia Mater,  
 Sub cruce multiplici gladio transfixa doloris  
 Ingluviem cupidæ carò persolverit Evæ.  
 Vix erat in montis dorso crux fixa, quaternis

Conspicienda plagis Mundi; tolluntur in altum

Affixi crucibus, trucium par ecce! latronum: <sup>Matt.</sup>

27.38.

Primus habet dextrum Domini latus; alter, Averni

Victima danda rogo, sortitur latro sinistrum.

Vah pudor! & nullis scelus excusabile linguis!

Cum tenebris lux alma poli, cum crimine virtus,

Cum furiis pax sacra soli, cum grandibus almi

Alma propago Dei fœdè reputatur iniquis!

Quid reputatur? eis postponitur, utque malorum

Exemplare nefas toti proponitur Orbi.

Omnibus in terris scelus hoc, omnique sub ævo

Posteritas damnabit! atrox Synagoga quid audes?

Quò properas cunctis Erebi dignissima pœnis?

Emoveor! sed quis poterit compescere motus,

Quos inspirat amor? quis te, mea viscera! Iesu!

Huc attraxit? amor! quis te, pars optima Cæli!

Carne meâ vestivit? amor! quis denique tantis

Vulneribus lacerum crucifixit? zelus amoris.

Ah! trahor ecstático raptu super ardua montis

Sanguinei, tragicumque meis, necis improbus au-

Haurio luminibus Christi patientis agonem! (thor,

Sum, cur ista negem? sum, pro me facta loquuntur,

Sum scelerum fabricator ego! manus ista paravit,

Quâ pendes, mea Vita, trabem! mea dextera nu-

Fudit in obtusos ferrum laxabile clavos. (per

In te, mi Iesu! plecti mea crimina, serus

Aspicio: vanos elati cordis honores,

Opprobrii caligo; famem prædivitis auri,

Maxima paupertas; fœdósque libidinis ignes,

Affidui fletus; livoris turpe venenum,

Supplicium crudele; gulam penuria rerum,

Esuriésque frequens; furiosi pectoris æstum,

Carnificina gravis; torporem mentis, amara

Anxie-

Anxietas mœrorque luunt Ter flebile fatum  
 Currite pendentes oculorum in margine rivi  
 Et Cedronis aquas, vestris accessibus, extra  
 Angustas per agros Solymæos ducite ripas.  
 Vah piget! ah quis sum! quando, quid, quanta per  
 Crimina? peccavi! sed \* *avi!* vaga replicat echo,  
 Error agit mentes; urgent primordia culpæ  
 Primævæ: sed vox stolidæ scelus insonat Eva.  
 Error adhuc pergit; mihi propria culpa minatur  
 Estque sub obtutu: repetit vox mimica: Tu  
 Iam mera vera canit, nostrisque doloribus Echo  
 Assonat; omnis enim terrarum noverit Orbis  
 Nostra fuit quod Adæ placitis inclusa voluntas  
 Hinc sua quemque gravant, non sola piacula Pa  
 Accedunt patriis decumana Ceraunia culpæ (trum  
 Accumulantque malum; focium me criminis esse  
 Convincor: quoties ingessi Pelion Ossæ!  
 Et scelus imposui sceleri! cur vera negabo?  
 Perversos animi motus, quibus inclyta virtus  
 Ceu ratis ad Pelagi scopulos agitata, pudoris  
 Naufragium patitur, contritus corde repono  
 Sub Crucis altari; veteres hinc immolo sensus  
 Nulla resumpturus delectamenta: capillis  
 Inspergo cineres; facci squaloribus ossa  
 Vestio; nec deerit dorso sua pœna flagellum  
 Frigida nectar erit; panis mihi mucidus esca  
 Strata dabunt paleæ, largo stagnantia fletu  
 Sistamus lacrymas! flabit vehementior Austro  
 Vivit adhuc Iesus; morti majora reservo.  
 Ad metam vertor, cum tanta tragœdia posca  
 Pleniùs exponi: dictis advertite mentes.  
 Gens Hebræorum, Synagogaque tota, ferocia  
 Inp

\* intellig. Adam,

Invidiæ crudele nefas sub imagine recti,  
 Mendaciq̄ue boni specie, proponere Mundo  
 Nititur; hinc causam probrosæ mortis in altâ  
 Parte crucis scribi, multis ambagibus urget.  
 Annuitur votis: Præses magnalia Regis  
 Hebræo, Græco, Latio sermone legenda  
 Inscribit tabulæ; quis non censebit Olympi  
 Ductibus arcanis Prætorem vera locutum?  
 Constat enim Jesum (si carnis jura requiris)  
 Matthæo numerante gradus, de stemmate David  
 Progenitum, Regis titulos de jure mereri.  
 Displicuit diploma vaftris; nam livor eorum  
 Ibat in opprobrium Domini: quid multa? Pilatum,  
 Ut titulum mutet, perfrictâ fronte fatigant. (sam  
 Error inest scriptis, crepitant, hunc corrige; cau-  
 Supplicii (siquidem commotis civibus urbis  
 Se regem Judæ fecit) distinctiùs adde.  
 Ille vetat fieri; quæ scripsi, scripta manebunt,  
 Ingeminat, populo commotâ bile verendus.  
 Hunc titulum, quoniam mons Golgotha proximus  
 Multa fuit multis occasio facta, legendi. (urbi,  
 Interea miles, qui sub crucis arbore Jesum  
 Antè laborantem Solymis eduxerat, urget  
 Partiri vestes, tunicamque & pallia Christi:  
 Quisque capit partem; sed cum procederet ordo  
 Ad tunicam, miles, cujus sit, sorte diremit:  
 Textilis illa fuit, nullis consuta lituris;  
 Utque ferunt, manibus divinæ Virginis olim  
 Facta, nec ætatis spatio detrita. Profectò  
 Ante tot annorum cursus, hoc esse futurum,  
 Præcinnuit Psaltes, ex cujus stemmate Jesum  
 Descendisse sacra Scripturæ verba loquuntur.  
 Divisis spoliis, & missâ sorte, sedebat

Luc.  
 23.38.  
 Joan.  
 19.19.

Joan.  
 19.21.

Joan.  
 19.23.

Ps.  
 21.19.

Q

Mi-

Miles ad excubias ; circumfusûsque catervâ  
 Spectantis populi , quem tanta tragœdia finis  
 Accipiat , solitis ferus exspectabat in armis.  
 Plurima circumstant hominum sub imagine mo  
 Ardentis oculis lyuces , rapidique molossi,  
 Apri terribiles , & copia magna luporum,  
 Immanes tauri , laxatis unguibus urfi,  
 Villosæ sphinges , distentâ fauce leones,  
 Pantheræ , tigrides , leopardi ; denique tot  
 Martyrii rabiem spectatum venit Avernus.  
 Nulla regit pietas , compassio nulla ; sed ira  
 Et mera barbaries ; furor aspiciendo cruorem  
 In duros filices hominum præcordia vertit.  
 Quippe ferox vulgus ( pudor est ! ) in limine mo  
 Luçantem Dominum blasphemâ voce lacerat  
 Provocat , illudit , fatuôque dat ore cachinn  
 O Solymæa Domus ! fuit ista ferocia cladis  
 Interitûsque tui primaria causa : profectò  
 Urbs mala , terrificis urbs digna perire ruin

Matt.  
27.39.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
 INDUCTIO OCTAVA.

S. LUCAS CAP. 23.

Et stabat populus spectans , & deridebant eum Principes  
 cum eis dicentes : Alios salvos fecit ; se salvum faciat  
 si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites  
 accedentes , & acetum offerentes ei , & dicentes : Si tu es  
 Rex Judæorum , salvum te fac. &c.

SYNOPSIS.

Dominus & Salvator noster Christus Jesus cruci affixus , à Judæis  
 eorumque Principibus , imò ab uno crucifixorum latronum  
 blasphematur ; sed alteri ad se converso Paradisum promittit  
 Interim afflictissimam Matrem dilecti suo Joannæ , qui cum  
 Matre cruci proximè astabat , filialiter commendat.

Non plebs sola furit; sed prima corona Sena-  
 Nempe Pharisæi, Scribæ, legisque periti, (tûs <sup>Matt. 1</sup>  
 Adjiciunt plenis odii nova pabula flammis. <sub>27.41.</sub>  
 Ignescunt iræ; tumidi stat in ore veneni  
 Spuma virens; fremitur; laxatis rictibus usque  
 Ad ravim clamatur: Ubi, malefane, potestas,  
 Quâ fretus nostris impervia sensibus olim  
 Patrabas? alios salvasti, perditæ! salva  
 Te, si mira potes! clavorum vincula solve,  
 Descensumque para, si te Cœlestis origo  
 Fecerit Excelsi genitum! descende! quid ultra  
 Cunctaris? quod si salvus descenderis, omnes  
 Credimus, & Superos ad nos venisse canemus.  
 Concita plebs eadem rauco clamore remugit.  
 Sic ululare solent erectâ fauce molossi,  
 Dum tubæ curva sonat; vel viso cominûs hoste,  
 Sæva tremendorum rugire caterva leonum.  
 Multiplicant Scribæ, cum Scribis miles, & omnis  
 Farrago populi convicia: desine Juda!  
 Est magnum meriti spatium, quod nulla furentis  
 Invidiæ mensura capit; spes improba nunquam  
 Est lætata diu: stolidi! ventura timete!  
 Sed canitur furdus; Pharisæi more leonum  
 Despiciunt prostrata: Deo confidit, hic illum  
 Liberet interitu, si vult; Rex Israël ista <sup>Matt.</sup>  
 Et majora potest; reprobo clamore boatur. <sub>27.43.</sub>  
 Sed quid multa queror, peccando nocentior ipsis  
 Judæis, Erebi cæcâ caligne dignus!  
 Ah! liquet, & verum nimis est; miserabile vulnus  
 Intus alo, duræ cervicis: subditus iræ  
 Divinæ, vix non despero! sed ecce salutis  
 Anchora Crux retinet, Crux consolatio firmat  
 Una pusillanimes; solium, quod purpura nostri

Regis , id est , Christi pretiosus sanguis inaurum  
 O fortunatum , generosum , nobile lignum !  
 O ter felici succisum tempore ! salvat  
 Ad nigra perpetuæ properantes limina mortis  
 O pia Crux ægrum sana ! quia sola medendi  
 Jura tenes : trepidâ sustenta mente labantem  
 Dirige me dubium , certo me robore firma  
 Ecquis it inficias , quin Christe redemeris unum  
 Per Crucis eximiæ sacrum & venerabile lignum  
 Hanc animam ? veræ Crux tessera certa salutis  
 Quisquis eam transis , devoto corde saluta  
 Affectûque pio meditare profundius , olim  
 In cruce pendentem Dominum , ceu vile cathedra  
 Præter tot luctus , & tot tormenta , fuisse (ma  
 Talibus opprobriis læsum : meditare maligno  
 Prætereundo crucem (scelus intolerabile ! ) dicit  
 Devovisse Stygi verum de Numine Numen  
 Heu ! data libertas odiis , resolutaque legum  
 Frenis ira furit ; nullus sine crimine Jesum  
 Transiit : hic verbis blasphematis , gestibus illis  
 Vah ! maledicte boant , sacrum qui destruis ædem  
 Numinis excelsi , totâmq; reponere magno  
 Garrulus impostor spondes sermone , priusquam  
 Ter Mundo nitidum Titana reduxerit Æther  
 O furor insipiens ! hæc dicta Prophetica corporis  
 Christi significant , in quo speciosior astris  
 Vera Dei soboles , Deus ipse salutifer Orbis  
 Non secus ac templo , sub nostræ carnis amictu  
 Insedit , voluitque pio succensus amore  
 Hoc templum veræ Deitatis , morte recisum  
 Post modicum toti spectandum reddere Mundo  
 Expectate vafri ! quem vos jussistis , ut Christus  
 Se probet esse Deum , descendere ; morte peremptum

Matt.  
 27.40

Extumulo, sicut Phœnix ex igne, redibit.  
 Expectate! die, quâ vos non creditis, ingens  
 Promeritis in vos desæviet ultio pœnis!  
 Sed quæ diva meos placat clementia sensus?  
 Ex ambone crucis Christi vox blanda perorat,  
 Vox pia, digna vehi Zephyris per climata Mun-<sup>Luc.</sup>  
 Ah Pater! ignaræ commissa piacula genti (di-<sup>23.34.</sup>  
 Propitius dimitte! Pater, dimitte, quod ausi  
 Ignorant; me namque mori tua jussa requirunt.  
 O favor immeritus, dignatio nescia finis, (lat,  
 Exsuperansque modum dilectio! Christus anhe-  
 Ut pater horrendis tortoribus omnia culpæ  
 Debita condonet; meditatio sancta! resurge  
 In spem robustam, peccati mole gravatus!  
 Qui Patrem moriens tenerâ pietate rogavit,  
 Ut veniam tantis indulgeat hostibus; ille  
 Nec te, sincero contritum corde, repellet.  
 Sed mansuetudo Domini (memorable dictu)  
 Nec movit populum, nec, quod truculentior, ipsum  
 Gesum latronem, notum per sæcula crimen,  
 Ille Redemptori mediâ sub morte rebellis,  
 Hæc tremulo fremitu temeraria verba sonabat:  
 Si Christus verusque Dei sis Filius, ipsum <sup>Luc.</sup>  
 Te salva, nostroque simul succurre dolori. <sup>23.39.</sup>  
 Vox fuit hæc Satanæ, latronis in ore loquentis;  
 Quippe dolo varius, tacitoque vaserrimus astu,  
 Qui prius Hebræis Jesum crucifigere suavit;  
 Iam plenus dubiis, ex hac quid morte futurum,  
 Fluctuat, & vitam Domini, mortemque veretur.  
 Sic grandis quercus cæcâ radice minatur  
 Illis, qui cædunt, dubio per inania motu  
 Tristem, nî caveant, ex omni parte ruinam.  
 E contra rarum feri verique doloris

Q 3

Exem-

Exemplar Dismas, focii sic arguit ausum;  
 Heu Gesma! Gesma! quæ mens sub mortis agone  
 Te trahit in facinus? non te reverentia Cœli,  
 Aut timor Excelsi retinet malefane, quid inquit  
 Nos justè luimus, dignasque latronibus Orbi  
 Ambos damus pœna; sed quid justissimus ille  
 Ut majora ferat nostris tormenta, peregit?  
 His dictis oculos vicinâ morte gravatos  
 Dirigit ad Jesum, sincero corde precatus:  
 In tua, mi Jesu! susceptus Regna, memento  
 Ad te conversi Dismæ! brevis illa, sed amplo  
 Affectu fidei cumulata, precatio Dismæ  
 Grande latrocinii facinus delevit, & uno  
 Temporis exigui momento fecit Olympi  
 Æthereæq; domûs hæredem: quanta rependunt  
 Pro parvis Superi! vocem (res mira relatu)  
 Auditote Dei, dantis sua Regna latroni;  
 Auditote melos: Mecum, tibi dico, priusquam  
 Sol eat ocubitum, Paradisi sorte fruere.  
 O felix Disma! quæ, qualis, quanta petenti  
 Spes datur, exactâ tantillâ parte diei,  
 Inter tot Sanctos æternâ pace fruendi.  
 Prô dolor! in vetitis abiit florentior ætas;  
 Iamque senectutis succedunt tempora, ferus  
 Vesper adest vitæ; modicum mihi restat abunde  
 Servitum vitiis: ad te, mitissime, Jesu!  
 Ad te convertor; Patroni fungere Disma,  
 Officio, pavidoque seni succurre precando,  
 Te quoque, cunctarum Mater tristissima matrum,  
 Sub cruce continuo lacrymarum fonte fluentem  
 Intueor! quis te sub Nati morte decoram  
 Noëmin appellet? cum Ruth te nomino Maram,  
 Quod sit amritie gravium mens plena dolorum.

Mustres oculi submersi fletibus, almâ  
 Luce carent; rosæ tristi pallorē genarum  
 Areolæ languent; pulchri nix candida colli  
 Diffuit; & dubio vox interrupta tremore  
 Singultit. Mirum! Mater (quis posse putasset)  
 Astat, & in medio luctantem funere Iesum  
 Aspicit: hic sævam lacerato corpore mortem  
 Sustinet; illa animo! quanti consortia luctûs!  
 Magdalidem, pariter video, Cleophæque Mariam<sup>Joan.</sup>  
 Quantum tristitiæ submersit gurgēs; & inde 19.25.  
 Non potuit tristis sperare levamina Mater.  
 Sed te, Ioannes, prædulcis Apostole Christi,  
 Te video, quamvis mediis in fluctibus atri  
 Meroris (feri factum laudate nepotes!)  
 Affictæ Matris, quantum præsentia grandis  
 Supplicii mortisque tulit, lenire dolores.  
 Huc meus ex alto, multo submersa cruore  
 Ac densis lacrymis, declinat lumina Iesus;  
 Et primò Matrem, sed quàm lacrymabile visu!  
 Immemor angoris, tot tantorumque dolorum,  
 Aspectu moriente videt, linguâque cadente  
 Efflat in hanc unam liquefacti cordis amorem:  
 Hujus solius meminit, solamque benignus  
 Spectat; & obtutu minimè satiatus amato,  
 Discipulo caram Matrem commendat amanti.  
 Nec moralonga; sibi morituro Christus eundem,  
 Quem tantis dignum curis & honore sciebat,  
 Substituit: videor Dominum sua verba sonantem  
 Audivisse: Tuus mulier sit Filius, inquit, <sup>Joan.</sup>  
 In charum flectens sua lumina mœsta Ioannem. 19.25  
 O vox blanda nimis! Matri quasi diceret: Ecce  
 Immolor! atque tuî non est curator in Orbe;  
 Hinc mihi dilectum, junctum tibi stirpe Joannem

Deputo, qui curam desertæ Matris habebit,  
 His Matrem affatus, demum sua lumina verti  
 In curatorem, parili brevitæ locutus:  
 Ecce tuam Matrem! Quàm suavis adoptio! tantis  
 Pondus inest verbis; Nati vice Mater adoptat  
 Dilectum Domini; versâ vice suscipit ille  
 In sua desertam, Domino moriente, Parentem,  
 O Zebedaiades felici fidere Mundi  
 Incola facte, tenes pulvinar pectus amandum  
 Cœnantis Domini, toti modò cognite Mundi  
 In curatorem Divinæ Matris, ab ipso  
 Eligeris moriente super juga montis amari  
 Golgotha. Quid superest? itas nondum carne solus  
 Cœlorum consors; & quæ natura negavit (tu  
 Visibus humanis, oculis ea pectoris hauris,  
 Et quia sum certus, quòd jam sub Principe Cœli  
 Inter Apostolici nitidissima lumina cœtus,  
 Æthereis rutilis multò speciosior astris;  
 Hinc te salvifici Regis dilectæ requiro,  
 Ut mihi suppetias præstes, cùm turbidus æstu  
 In tristi stetero fugientis limine vitæ.  
 Omnibus affer opem, qui post mea fata supersunt  
 Et mihi, si forsan Nemesis Divina rigorem  
 Iustitiæ contra defunctum stringat, ut omnes  
 Evacuem culpas flammis purgantibus, adsis  
 Auxilio. Docet alma Fides, quòd & una cruoris  
 Gutta beatifici, fidei conjuncta, piisque  
 Actibus internis, peccati labe notatos  
 Abluat; imò dato casu, quòd crimina manes  
 Damnati plorare queant, extinguat Avernum  
 O pretiose cruor! dignus, quem turba sacrorum  
 Spirituum venis effusum tollat, iisdem  
 Postea reddendum; noli sacra lympha salutis  
 In

In me frustari ; sed spes soletur , ut isto  
Fonte dealbatus , potiar Cœlestibus oris.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
INDUCTIO NONA.

S. JOANNES CAP. 19.

Postea sciens Jesus , quia omnia consummata sunt ; ut con-  
summaretur scriptura , dixit ; Sitio. Vas ergò erat posi-  
tum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto , hyssop-  
o circumponentes obtulerunt ori ejus. cum ergò acce-  
pisset Jesus acetum , dixit : Consummatum est. &c.

SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus , postquam in cruce  
tribus horis inter maximos angores , Cœlo Terraque hoc  
martyrium quasi deplorante , vivus pependisset , Matremque  
suam sub cruce lamentantem Discipulo suo Joanni commen-  
dasset , tandem inclinato capite in manus Patris sui spiritum  
emisit.*

Sol oculus Mundi , Cœlique benignius astrum, Luc.  
Aspiciens luctam Domini morientis, obumbrat 23.45.  
Insolitis illustre caput vultumque tenebris: Matt.  
Quippe nefas reputat, Iesu patiente, serenâ 27.45.  
Luce vehi , tristisque nitens incedere Cœlo:  
Hinc negat officium lucis , totumque per Orbem  
Explicat horroris nebulas: stas Munde, pavescens,  
Desperansque diem: tandem facis orbita pallet,  
Exactisque trihus , lux alma recanduit, horis,  
Completumque jubar paulatim reddidit Orbi.  
Conveniebat enim, quem publica commoda Mun-  
Subjiciunt fati, pulsâ caligine, coram (di  
Plenâ luce mori. Sed quid Vir plene dolorum  
Hâc sub inassuetâ fecisti nocte ? sciamus,  
Quòd prece continuâ pulsaverit ardua Cœli  
Atria , Cœlesti rata fiat ut hostia Patri,

Q 5

Quam

Quam pro peccatis nostraque salute litabat,  
 Sed dolor accrescens, & amara potentia mortis,  
 Turbatis precibus clamare necessitat illum  
<sup>Matt.</sup> <sup>27.46.</sup> Cum lacrymis: *Eli! Lamma Sabachthani!* ad ima  
 Virgineæ Matris, matronarumque piarum  
 Ossa penetrabat vox lamentabilis: Æther  
 Mutasset misero tactus clamore rigorem,  
 Si permisisset fatorum \* ferreus ordo.  
 Outinam manus hæc in tanto turbine rerum,  
 Cùm tibi suppetias Mundus Cælumque negaret,  
 O utinam, repeto, potuisset ferre levamen!  
 Sed cur tanta volo? cùm nemo resistere possit  
 Cælorum placitis; nec Christus amaverit ipse,  
 Jussa retardari Patris sub fine laborum,  
 Quippe sibi soli, tectâ Deitate, relictus,  
 Sicut verus homo grandi molimine mortis  
 Angitur, à Superis se tristi voce relictum  
 Conquestus (certam facti cognoscite causam)  
 Non ut inexpletum post prælia tanta triumphum  
 Sisteret, aut modicum, quod adhuc restabat agere,  
 Pro bene suscepto Mundi reparamine ferus (dum  
 Negligeret (mera vera cano) sed ut omnib9 ultra  
 Constaret, quantis humana redemptio pœnis  
 Victori steterit. Jesus desertus amabat  
 Me miserum servare sibi; quid cunctor, & ultra  
 Ægra fides titubat? Deitas sublimior omni  
 Imperio mortis; nulli patet illa dolori:  
 Christus homo patitur: Patris desertio, nostra est  
 Utilitas manifesta. Velim, quicumque moveris  
 Voce doloriferâ Domini morientis, anheles  
 Cum patiente pati: non ambige, sicut iniquus  
 Judææ populus; qui (proh vesania gentis!)

\* *Inflexibilis Divina Justitia, ac decretorum ejus rigor.*

Censet, in auxilium Domini sub morte vocari<sup>Mat.</sup>  
Eliam: rident; addunt quoque scomma cachinis:<sup>27.48.</sup>

Exspectate; volans Elias forsitan, ajunt,  
Ex cruce tollet eum. Temeraria natio, visis  
Luctibus astrorum, nihil inde modestius egit.

Composito populi risu, submissius inquit  
Salvator: *Sitio*. Quid agunt? imponitur hastæ<sup>Joan.</sup>  
Spongia, quam nullis præcognita potio labris<sup>19.28.</sup>

(Quis putet?) implebat; nam miscebatur aceto  
Fellis amarities, ô detestabile nectar!

Erectumque sacro Domini supponitur ori.

Lingua reformidat; quis enim scivisse negabit,

Fel sibi præbendum? sitis hæc patientis amorem,

Quo genus humanum complectebatur, adumbrat.

O præclara sitis! Mundi dilectio! morte

Fortior, & læsæ medicamen & auctio vitæ.

Hic potus finalis erat, completæque summa

Tristitiæ, gravibus veterum præcognita dictis:

Hinc *consummatum*, supremâ voce profatur,<sup>Joan.</sup>

Salvificum pietatis opus; vultuque levato<sup>19.30.</sup>

Vertitur ad Superos, & verba novissima profert:

*O Pater! ecce tuis animam* (valedictio mœsta)<sup>Luc.</sup>

*Commendo manibus*. Brevis illa, sed optima, nobis<sup>23.46.</sup>

Servit in exemplum, moriendi forma. Peractò

Hoc sermone, sacri franguntur vincula cordis,

Spiritus egreditur, subsistit anhelitus, algent

Labra, cadunt oculi, fibræ laxantur, in artus

It lethalis hyems, cervix collapsa recumbit;

Purpureus veluti cum flos succisus aratro

Languescit moriens; lassove papavera collo

Demisere caput, pluviam cum fortè gravantur,

Ah quid agam! cor triste pavet! mens anxia nescit,

Quò se vertat! habent alii solatia; nullum,

Dum

Dum Iesu moreris, superest, nec copia flendi  
 Salva mihi: singultus enim, nimirumque dolores  
 Obsistunt lacrymis. Heu quantâ morte peremp-  
 O Iesu moreris! moreris mea vita! salutis (tus  
 Unica spes moreris! moreris; cur vivo? recuso  
 Vivere, dum Iesu moreris! fit anhelitus isthic  
 Ultimus; opto mori! Superi cur posse negatis?  
 Quodq; magis cruciat, cumulûmq; dolorib9 addit  
 Est, quod pro nostris (eheu piget illa fateri!)  
 Criminibus moreris! nos, nos malè fecimus! & tu  
 Immunis scelerum pro nostro plecteris ausu!  
 Ah si mutatis Cœlorum jussibus, ipse  
 Pro Te, mi Jesu! vel tecum ponere vitam,  
 Vel lacrymis possem, ceu navis fluctibus hausta,  
 Immergi, dignoque palàm tua funera luctu  
 Plangere! quis nollet? communia fata fleamus  
 Lingua cadit; nimius prohibet dolor omnia dicere  
Matt. 27.51. Terra vices supplet: video trepidare jugorum  
 Culmina, disrumpi montes, velamina Templi  
 In partes scindi, querulo telluris hiatu  
 Pandi noctis iter, turbari funera Patrum,  
 Elicitosque suis manes exire sepulchris.  
 Felices umbræ! sunt fracta repagula vestri  
 Carceris: ite foras; narrate nepotibus, illum,  
 Qui caput antiqui Colubri contrivit, adesse.  
Luc. 23.47. Obstupeo totus, causatque silentia terror.  
 Audit clamores, & verba novissima Christi  
 Militiæ Ductor, portentâque singula pensat  
 Attonitus; tandèmq; gravi sermone fatetur,  
 Glorificando Deum, Jesum finè labe necari:  
 Verè justus erat, quem nos crucifiximus, inquit  
 Miles, inauditum miserabundûmq; videndo  
 Naturæ lugentis opus, Mundique tremorem

Filius Excelsi Cœlesti missus ab arce  
 Jam moritur, clamat; conclamat turba pavore  
 Plena, ferit pectus, sanctamque recedit in urbem.  
 Mater Virgo manet; sed amabò, dicite matres,  
 Qualibus affectam vidistis luctibus? eheu!  
 Nulla potest tales describere penna, nec ullum  
 Os, vel lingua loqui: lacrymis absumitur auctis;  
 Tota tremit; collapsa riget; præcordia clauso  
 Arctantur gemitu; stupefacto corpore tristem  
 Mens parat egressum, mortemque sub arbore quæ-  
 Diva! refer vultum, non averfata rogari; (rit.  
 Pone modum lacrymis; exacta tragœdia finem  
 Morte reportavit: certè mors fausta! per illam  
 Diceris innumeros Cœlo peperisse nepotes.  
 Sed consolari renuit: pia turba venite!  
 Ascendistis enim Solymam cum Matre; venite  
 Vos individua Divinae Matris alumnae,  
 Quas Deus afflictæ speciali sorte sodales  
 Addidit! este, rogo, Matri, quod vitibus ulmi,  
 Et paries hederæ: date basia, ferte levamen,  
 Ne pereat tantâ sub tempestate dolorum.  
 Sol vicinus erat spatio declivis Olympi;  
 Jamque sacrum\* Sabathi (cujus pro more vetusto  
 Principium ducit vesper finisque diei  
 Præteritæ) suadet populo, fas esse reorum  
 Corpora deponi. Consentit Præses, & urbi  
 Ius super indulget, lentam per verbera mortem  
 Accelerare reis. Placitis obtemperat omnis  
 Lictor, & actutum, mediâ sub morte, tremendis  
 Fustibus amborum confregit crura latronum:  
 A Jesu verò (de cujus corpore nullum  
 Os minui, veterum dictant oracula Vatum)

Joan.  
19.31.

Absti-

\* Smet.

Abstinuere manus ; nam mors prævenerat illum  
 Exequiale nefas. At enim, cui sacra vetustas  
 Longini nomen tribuit, Dux inclytus (illum  
 Postea conversum referunt) celer arripit hastam  
 Atque sacrum Domini latus armipotente lacero  
 Trajicit ; ibat atrox finem factura bipennis ;  
 Nec frustrata manus : penetrat cor lancea ; tris  
 Vulnus hiat, magnæque patet via faucia plaga  
 Ex quâ mixtus aquâ manat fons sanguinis. Ecce  
 Fons sacer, omnigenis aqua viva salubrior un-  
 Sanguis alit justos ; contritos abluit unda, (dis  
 Fons specialis, ave ! fons fonte beator illo,  
 Quem mirandorum, percussâ rupe, patrat  
 Elicuit Moses : Divina cibatio, potu  
 Eliæ melior ; cuius virtute refectus  
 Non in montem Horeb, sed in alta palatia Cæli  
 Fertur inoffensis pedibus. Quicumque gravat  
 Estis, & angimini variâ sub mole dolorum,  
 Accelerate gradus : Domini latus ecce repandit  
 Nectareos amnes, Divinæque pabula fundit.  
 Non dubito, quin moesta parens, durn cordis hinc  
 Inflictumq; ferâ Longini cuspide vulnus (tum  
 Vidit, humi prostrata, novo sua senserit ictu  
 Viscera transfigi : Gravis inclementia (matres  
 Exclamasse, reor) defuncti pectora tanto  
 Vulnere disrumpi : nunquid satis esse putatis,  
 Ifacidæ, vidisse mori ? sed oportuit : olim  
 Juxta Scripturam, quem transfixere, videbunt  
 Ad te magne Pater, qui stans super ardua Cæli  
 Salvificum specularis opus, convertimur : ecce  
 In crucis altari fumat tibi victima ! qualis  
 Victima ? nulla potest reperiri dignior : ante  
 Ortum Luciferi genitus, tua vera propago,

Jesus pro nostris offertur victima culpis.  
 Propitios expande sinus; vox sanguinis, omni  
 Fortior Abelis clamore, supervolat astra.  
 In Christi faciem, quem pro reparamine Mundi  
 Ad nos misisti, mansueto respice vultu:  
 Promptus obedivit Divinis jussibus, usque  
 Ad mortem rigidæque crucis tormenta. Vir ille  
 Dives opum, solvit pretioso sanguine nostri  
 Debita delicti; patefecit & ostia Cæli.  
 Redde, ferox Coluber, deceptos fraude parentes!  
 Redde, vafer prædo, Patres in vincula ductos!  
 Christus adest; spolium repetit; moriendo nefan-  
 Imperium crudele necis destruxit. Ovate (dæ  
 Limbicolæ Patres! ad vestri carceris oras  
 Magnificum direxit iter: mors morte perempta  
 Exulat; alato volitat Victoria curru;  
 Sub pedibus timor est. Iesu Dux inclyte salve!  
 Quid tibi retribuam, quòd morte redemeris Or-  
 O Deus Æthereæ sedis Rex, gloria Mundi, (bem?  
 Humani generis columen! tibi serviat Æther;  
 Te genus humanum sincero carmine laudum  
 Glorificet; totus Dominum te sentiat Orcus.

**POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUARTÆ  
 INDUCTIO DECIMA.**

S. JOANNES. CAP. 19.

Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæâ...  
 ut tolleret corpus Jesu, & permisit Pilatus. Venit ergò  
 & tulit corpus Jesu. Venit autem & Nicodemus... ferens  
 mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Accepe-  
 runt ergò corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aro-  
 matibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco,  
 ubi crucifixus est, hortus; & in horto monumentum novum  
 ... ibi posuerunt Jesum. &c

SYNOP-

## SYNOPSIS.

**D**omini & Salvatoris nostri Jesu Christi sacratissimum corpus, in presentia sanctissimæ Marris ejus, circa vespere à cruce deponitur, & in novo sepulchro, quod vir nobilis Josephus ex Arimathæa, in pede montis Calvaria noviter viva rupe excidi curaverat, honorificè sepelitur.

Joan. 19.38. **N**obilis Hebræus (proprio quem nomine dicitur) Pagina sacra refert Joseph ex Arimathæa)

Magnus in officio, sortis quoque munere; hostis  
Fidus in occulto fautor cultorque Magistri,  
Obtinet, ut juxta Vatum præsagiâ, Christi  
Corpus honorifico liceat decore sepulchro,  
Non patitur spatium concessa licentia; quippe  
Pronior Hesperias properabat Phœbus ad undas:  
Hinc famulis stipatus abit, Matrique dolenti  
Sub cruce, quæ subfit veniendi causa, recenset  
Consolata parùm, dubiâ cervice reclinat  
In manibus cubitisque caput, defessaque luctu  
Suspirat, veluti defuncto compare turtur.  
Ascendunt famuli, firmoque ligamine corpus  
Penfile circumdant; extractis forcipe clavis  
Crux rubicunda vacat, lentoque labore deorsum  
Divinum descendit onus: sub stipite plures  
Fortibus excipiunt humeris manibusq; sacratum  
Funus, & in stratâ deponunt sindone. Mater  
Sancta, reclinatam gremio, complectitur ulnibus  
Dilectosque premit vultus, & frigida sumit  
Oscula; nec riuos in vulnera fundere fletus  
Desinit: astantes (quis enim tam mœsta videndo  
Supprimeret lacrymas) querulis concentibus ora  
Exercent matres, & fletum fletibus augent.  
Abluitur sanies; spinarum plectile sertum  
Eximitur capiti; solitus datur ordo capillis;  
Inque sepulchralem sacræ ponuntur honorem

Corporis exuviæ. Facies submœsta; nec omne  
 Abstulerat mors atra decus: sub imagine tristi,  
 Nescio, qualis honor, vel quæ reverentia vultu  
 Promicat. Ut nigris Solis lux obvia nimbis  
 Occulitur; quandoq; tamen, non immemor Orbis,  
 Ostendit regale jubar, sublustris in umbra,  
 Et tecto regit ore diem, sub turbine pulcher:  
 Non aliter, divina licet mors occupet ora,  
 Occultus Deitatis honos, & amabile Numen  
 Irradiat, mirumque suū succendit amorem.  
 Vir quoque magnifici per totam cognitus urbem  
 Laude Magisterii tunc Nicaodemus, Iesu  
 Auditor nocturnus, adest, ut aromata (quippe  
 Mos erat Hebræis, defunctos ungere) cornu  
 Divite suppeditet, centum facientia libras.  
 Accedunt matres; Divinum corpus inungunt:  
 Nardus habet faciem; myrrhæ substantia plagas;  
 Vulnere quina, pedum, manuum, laterisq; coactus  
 Ex aloë stillante liquor; fragrantis amomi  
 Succus crura; pares spirantia balsama fumos  
 Totum corpus habent: sic Regum more perun-  
 Ad tumuli sacros usus specialiter emptâ (ctum  
 Sindone contegitur: sed quò portabimus? ecce  
 Apta quies! jam sunt perfecti mortis honores:  
 In pede montis habet Joseph vir nobilis hortum,  
 Hunc offert: inibi suffossâ rupe sepulchrum  
 Extat, adhuc nullo pollutum corpore, fratres!  
 Illa sepulchralis tumuli magnalia dudum  
 Præcinuit Vates; quæ nec Synagoga, nec ipse  
 Lividus inventor fraudum, scelerumque Magister  
 Tartarus, obductis poterit spurcare tenebris.  
 Efferimus Dominum: comitantur nobile funus  
 Cum Patribus Matres; præcedit jure dolorum

Joan.  
19.39.

Joan.  
19.41.

R

Virgo

Virgo parens; illam sequitur tristissimus ordo  
 Fœminei sexûs: oculi merguntur in undis;  
 Ora cient gemitus; singultibus ubera turgent  
 Magnus ubique dolor! lentis processibus hortum  
 Ingređimur; saxum removemus ab ore sepulchri  
 Utque sinum placidum cryptæ cava tumba marmore  
 Inferimus solito corpus venerabile ritu. (tra) (Qui)  
 Accurrit Mater, transgressâque limina cryptæ, Con  
 Ultima festinat gelidis dare basia labris, in tu  
 Complectique genas, truncato murmure dicentia, frafi  
 Quin age duc comitem, ter amate! brevine videbit tu  
 Te, mea spes, iterum; redivivâq; pectora stringam. Caus  
 Ah propera, nè sola morer! mihi redde sacratum Supp  
 Pectoris obtutum! liceat mihi; sola manebo. Fulse  
 Ad Nati tumulum, monumentâque sola tuebor. Hinc  
 Dissuadent sociæ; solatia quælibet offert: Ne q  
 Virgo filet, retrahitque genas; tumuloque relicto Impo  
 Sustinet ingenti monumentum marmore clauso. Ex q  
 Sed lugubris erat firmatâ rupe recessus, Maxi  
 Dum, quasi jam cunctis permissum flere, novant. Dete  
 Innumeri planctus: quoties post terga reflectit. His it  
 Diva parens oculos, toties ad funeris oras (g) Turri  
 Mille volant gemitus, primusque revertitur. Nulla  
 Nicaodemus item, quanquam mœstissima re. Quar  
 Dissimulare queat, vultuque filere sereno, Vidi  
 Tristibus indulget lacrymis, cumulâtq; dolorem. Cont  
 Exhaustus mœrore dies; nox addita curis Erup  
 Ingruit, & luctu fessos in mœnia ducit. Signa  
 Virgineam Matrem (quis non fecisset?) in aditu. Nolo  
 Comiter inducit, consolaturque Joannes: Quar  
 Lassa sedet, reficique negat, renuitque sopor. Sed f  
 Mœsta; nec assiduo coierunt lumina fletu: Occi  
 Si quæ parva quies oculis irrepit, & ægram Cura  
 Invi

Invitat somnus, subito concussa timore  
 Sentit inauditæ mortis simulacra reverti.  
 Talibus alma parens, somni turbata figuris,  
 Exigit attonitam curarum turbine noctem.  
 Incipiunt tandem pallescere sidera Cœli,  
 Vicino turbata die; Synagoga cruenti  
 (Quis tanto sceleri fidat) sibi conscia facti  
 Concurrit, trutinatque modum, quo certius ire  
 In tutum decreta queant: mittuntur ad aulam  
 Præsidis ex Scribis, communi voce rogatum,  
 Ut tumultum Domini validis custodiat armis.  
 Causa superstruitur verbis, quæ dixerat ante  
 Supplicium Jesus: Ego, cum lux tertia Phœbi  
 Fulserit, ex tumulto devictâ morte resurgam:  
 Hinc ajunt missi, Synagogam jure vereri,  
 Ne quis sublato crucifixi corpore plebi  
 Imponat, vacuo vivum rediisse sepulchro.  
 Ex quibus inventis, subjungunt, possent oriri  
 Maxima seditio, fierique novissimus error  
 Deterior primo, multoque nocentior urbi.  
 His ita propositis respondet Præses, adesse  
 Currimus, quæ possent aliò deflectere mentem:  
 Nulla dies ex hoc, testatur, pectore tollet,  
 Quantus terror heri totam tremefecerit urbem:  
 Vidistis, medio sub Sole nigrescere noctem;  
 Contremuisse solum; per mortis limina manes  
 Erupisse foràs; & adhuc pia spectra vagari:  
 Signa, Patres, vestræ lugubria signa ruinæ!  
 Nolo recordari, quali quantoque labore  
 Quæsierim Jesum sævæ subducere morti:  
 Sed frustratus ego tanto conamine, justum  
 Occidi (voluistis enim) me nulla remordet  
 Cura latrocinii; vos estis causa tremendi

Matt.  
 27.62.

Occubitûs, vestras scelerâstis sanguine leges,  
 Sed cur fera loquor? custodes vultis? habete  
 Armigeros tot, quot custodia tuta requirit,  
 Ite Patres! Abeunt; comitatur fulgidus armis  
 Miles, & educus custodit ad ostia rupis  
 Exanimem Dominum: fatui fiducia Mundi  
 Arma timent Dominum, qui celsâ mentis ab  
 Despicit audaces, humanâque prælia rideat  
 Interea variis urbs motibus æstuat, instar  
 Ferventis pelagi: reprobata pars una rigorem  
 Altera pars laudat: multi miracula Cælo,  
 Inferno plures, naturæ viribus illa  
 Attribuunt alii. Verè Dionysius ille,  
 Dignus Areopagi iudex delectus Athenis  
 (Postea quem referunt conversum dogmate  
 Præclare dixit, cernens fundamenta Terræ  
 Sub mortem Domini trepidare, nigrantibus  
 Involvi Solem, lugeréque climata Mundi:  
 Author naturæ patitur, vel machina Mundi  
 Disvolvenda ruet, Verè Deus ipse, sub umbrâ  
 Humanæ carnis (quanquam fera spicula lethi  
 Non sentire queat Deitas) multatur ab ipsis,  
 Quos sociare sibi mirâ dulcedine quærens  
 Invitabat: amor! cuius confinia solus  
 Metitur, qui nos tanto dilexit amore.  
 Tempus adest Solymam redeundi: vertimur illuc  
 Discipulosque gravi confusos turbine fati,  
 Suspensos dubio, mæroris pondere pressos,  
 Expositos odiis, inconstantésque videmus.  
 Mæsta rei facies! sed, amabò, ponite luctum:  
 Quid dubitatis? abest modicum, quo Victor Aver  
 Carcere destructo patrias sibi vindicat umbras  
 Cras sub purpureo Phœbei sideris ortu

leges, mens Divina sacros, sicut promisit, in artus  
 habet, restituenta, modum finemque doloribus addet  
 uirit, ad Domini tumulum, monumentaq; sacra reverti  
 s armis, mens accensa jubet; celeres conjungite gressus,  
 bis in sacro mecum sociati nomine Jesu:  
 Mundi Germani fratres in Christo dicimur; uni  
 tis ab absumus imperio Christi; Christique redempti  
 ridea, sanguine, speramus sub Christi vivere Regno.  
 affar, hic neque per magnos cumulos distinguimur au-  
 igorem, nec per honorificos fasces, & culmina rerum: (ri,  
 o, hic humilis triplicem deponit Roma tiaram;  
 nis hic sua submittit Cæsar diademata; fasces  
 ate Pa Magnifici Proceres; hic Martia Fulmina belli  
 erræ deponunt gladios; inopum quoque turba ligones,  
 ibus un omnibus unus amor, spes est hic omnibus una;  
 li: (hæc utinam foret una fides! per vulnera Christi  
 Mundi hic invito mei consortes nominis. Ecce  
 umbra, averso tantos præcedimus ordine fratres,  
 a lethi Scripturi super ora specûs, portamque sepulchri:  
 iphis, hic sacra progenies summi Sapia Patris,  
 ns lux immensa Dei, Sanctorum Gloria, splendor  
 aur illu angelici cætûs, Cæli reverentia, Mundi  
 ati, Deliciæ, promissa salus, reparatio vitæ,  
 flos, Everfor scelerum, solidæ virtutis amator,  
 nus, iustitiæ vindex, Colubri calcator, Avorum  
 Etum: ad Superos ductor, sævi quoque victor Averni,  
 r Averni post grave certamen modicum sub rupe quiescit.  
 umbra, quisquis ades, rigidi resera penetralia cordis;  
 Mens Corrigere duritiem; dispone cubilia; Jesum  
 Sulcipe; quod facili poteris conamine, totum  
 mente revolvendo Domini patientis agonem,  
 pro te sanguineo madidus sudore recepit  
 Oscula perfidiæ. Pro te captivus in urbe

R 3

Prin-

Principe terrarum, laqueos & vincula passus  
 Circumiiit. Pro te contemptu plenus, iniquum  
 Judicium subiit. Pro te sua terga flagellis  
 Exhibuit. Pro te spinarum morsibus alnam  
 Exposuit frontem. Pro te crucis arbore pressus  
 Inter latrones perrexit ad ardua montis.  
 Pro te, quantus amor! crucifixus, mortuus, hasta  
 Transfossus; demum sub dura rupe sepultus.



# POESEOS SACRÆ

## PARS QUINTA,

### IN QUA POEMATE ASCETICO REPRÆSENTATUR.

1mò. Patrum ex Limbo per Christum facta liberatio.	lapidatio.
2dò. Ejusdem resurrectio.	7mò. Sancti Pauli conversio.
3tio. Apparitio Discipulis aliquoties facta.	8vò. S. Petri informatio rati- conversationis cum gentibus eidem cœlitus facta.
4to. Ascensio ejus ad Cœlos.	9nò Divisio Apostolorum, &
5to. Missio Spiritus sancti.	10mò Beatissimæ Virginis in Cœ- lum assumptio.
6to. Sancti Stephani protomartyris	

### POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ INDUCTIO PRIMA.

S. PAULUS I. CORINTH. CAP. 15.

**C**hristus resurrexit à mortuis primitiæ dormientium: quoniam  
 nam quidem per hominem mors; & per hominem  
 resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes mortuificati  
 ita & in Christo vivificabuntur. Unusquisque autem in  
 ordine: primitiæ Christus; deinde ii, qui sunt Christi.  
 in adventu ejus crediderunt, &c.

S. PAULUS AD EPHESIOS CAP. 4.

**A**scendens in altum captivam duxit captivitatem; deinde

ona hominibus. Quòd autem ascendit, quid est, nisi quia descendit primùm in inferiores partes Terræ? qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes Cœlos, ut implet omnia, &c.

## SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus sub conspectu urbis Hierosolyma in crucis patibulo dolorosè mortuus, quoad sanctissimam animam suam (cui, sicut & corpori, Deitas mansi indivisibiliter unita) descendit ad Limbum; & inde Patriarcharum, Prophetarum, aliorumque Sanctorum animas gloriose liberat.*

Ploratum fati est! oculos absterge Maria;  
 Ponite singultum Matres; dimittite curas  
 Discipuli: luctum finita tragœdia clausit.  
 Sub pedibus timor est, sublataque causa gemendi:  
 Christus enim mortis trajecto gurgite, tutum  
 Appulit in portum: Mors hæc, victoria dici  
 lure potest. Primos insultus sustinet atri  
 Dæmonis Imperium. Res admiranda! soluti  
 Post sua fata ruunt manes in prælia: linguis  
 Parcite vaniloqui; sacro mens turgida zelo,  
 Æstuat immensos Christi memorare triumphos.  
 Est locus Inferni tenebris conterminus (ætas  
 Prisca vocat Limbum) nullis infestus Averni  
 Ignibus, aut aliis Erebi cruciatibus; una  
 Numinis æterni desit præsentia: mortis  
 Author Adam, multique Patres hoc carcere clausi,  
 Principis adventum, qui rumpat vincula, multis  
 Millibus annorum rogitant. Festinat ad illos  
 Plena Deo, Domini pars immortalis; in alto  
 Calmine constituens rubicunda trophæa salutis.  
 Sic expugnatis inimici mœnibus heros  
 In portis vallisque locat vexilla, priusquam  
 Ad spoliolum pavidam descendat victor in urbem.

R 4

Fit

Fit fragor in specubus squalentibus ; omnia veritas  
 Insolitus rapidusque pavor : stat Rector hiantis  
 Attonitæque Stygis, cinctus latus omne ministris  
 Horrorum ; Beemoth trucibus fera bellua formis  
 Atque Leviathan, Satanas, Mammónque dolosus  
 Et simul innumeris immania spectra figuris  
 Stant circum ; metuuntq; novis gravibusq; ruinis  
 Tartara subverti, vel per nova prælia Cælum  
 Cum Styge luctari : sub quo terrore refulget  
 Calcator Colubri, Cœlesti luce coruscus.  
 Augetur fulgore pavor ; Divinæque virtus  
 Pellit in abstrusos specuum fera monstra recessus  
 Ex quibus obscuri gurgustia fumida regni  
 Implentur fonitu ; damnatos obruit horror ;  
 Pœnarumque truci gemitu confunditur ordo.  
 Non tali fremitu resonat sub frigore rupes  
 Millenis ululata lupis ; non clausa sub antris  
 Ventorum rabies ; non sæva tonitrua mota (nes  
 Cum fremitu terræ : reprobos cadit horror in omni  
 Quantus in Inferno pavor & trepidatio ; tanta  
 In Limbo Patrum regnabant gaudia : summè  
 Gaudebat primævus Adam ; gaudebat & Eva  
 Prima parens. Devotus Abel sub Numinis ara  
 Olim fraterni livoris victima, lætâ  
 Voce reposcebat meritorum præmia. Canus  
 Ille Mathusalem, quo non longævior ullus  
 Egit in humanis, Herois amabile Numen  
 Lætus adorabat. Noë servatus in arca,  
 Iustitiæ cultor, post tam miserabile Mundi  
 Naufragium, Patrum tenebris ascriptus, ovabat  
 Excellens Abraham, Superis offerre paratus  
 Unigenam sobolem, vetulâ cum conjugè Sarâ  
 Ridebat. Tribuum duodenis prolibus olim

Author

Author, & Angelico clarus Iuētamine Iacob,  
 Inter mille Patres, & millia plura nepotum,  
 Festa triumphali celebrabat iubilæ plausu.  
 Divisor pelagi Moses, Aarónque sacerdos  
 Pleni lætitiâ, non ad simulacra iuveni,  
 Sed circum Christi victoris amabile lumen  
 Ducebant hilares hilari cum gente choreas.  
 Josua magnanimus, velocia sidera Solis  
 Et Lunæ tardare potens, & ab ubere Cœlo  
 Oblatus Samuel quoque lætabantur: amato  
 Cum Ionatha David, Goliathi victor, amœno  
 Carmine salvifici peragebant festa trophæi.  
 Calvus Elisæus, mirus sanctusque Propheta,  
 Cum Christo Domino proficisci lætus auebat.  
 Religionis amans Rex victor Iosaphat, hostes  
 Prosterneute Deo; post mortem ductus ad Orci  
 Limina, cum Patribus Christo veniente canebat,  
 Rex pius Ezechias decretæ tempora mortis  
 Protrahit assiduis precibus; Solisque regressum  
 In signum sanandus habet: modò cuncta morarum  
 Vincula disrumpi, Domino sociatus anhelat.  
 Gestit Esajas Divinus præco, Manassis  
 Ex jussu quondam ferrâ dissectus; itémque  
 Ieremias querulus Vates, ac triste minatus  
 Excidium Solymæ: nunc summâ plenus uterque  
 Lætitiâ, Dominum, de quo magnalia pridem  
 Tanta prophetârant, redimitum Sole videbant.  
 In mira quondam conspexit imagine Buzi  
 Filius Ezechiel, quâ sit ratione futurum,  
 Ut reddat Dominus defunctis munera vitæ:  
 Iam videt, in cuius sacro nomine surgant  
 Defuncti, spectâtque Patres, ex carcere Limbi  
 Emissos tandem, Cœlesti luce beari.

R 5

Ido-

Idolo Belis, Daniel, magnoque dracone  
 Destructis, quondam commoti turbine vulgi  
 Raptus in horrificum plenumq; leonibus antrum,  
 Iam salvatus ovat. Pariter sua gaudia produunt  
 Baruch, Oseas, Habacuc, Aggæus, & Amos,  
 Atque Nahum, Abdias, Michæas, & Sophonias;  
 Cùmque Malachiâ Zacharias jubila fundunt.  
 Applaudit Ioël Phatuelis natus: Jonas  
 Absorptus monstro pelagi, miroque refusus  
 Ad littus fato, meliori fortis honore  
 Exemptus tenebris, hodiernâ luce triumphat,  
 Tobias senior, cui sterco hirundinis usum  
 Luminis abstulerat, Cœlesti lumine plenus  
 Iubilat, optatum tempus venisse salutis:  
 Junior, Angelico servatus Achate, parenti  
 Congaudet, lætusque parat super astra levanti.  
 Gens Machabæorum sacri mera fulmina belli  
 Exultant, Erebi cæso Nicanore, pacem  
 Illucere sibi, metamque venire malorum.  
 Decrepitus Simeon, qui nondum carne solutus  
 Infantem Dominum cupidus gestaverat ulnis,  
 Subsultat; congaudet ei vetus Anna piarum(gum)  
 Gemma nitens anuum, veterumq; pedisequa le-  
 Dic mihi iuste senex Ioachim, dic conjugem iustam  
 Digna senex conjux, matrum lux nobilis Anna  
 Salvatoris avi, si spectem sanguinis ortum;  
 Quo desiderio flagrâstis, dicite, quando  
 Vidistis vestrum tantâ sub luce Nepotem?  
 Omnia plausus erant, festivâque gaudia totum  
 Implebant Limbum; sed in his(nihil addere ver-  
 Molior) Infantes teneros, quos dirus atrocis  
 Herodis gladius patriis adjunxerat umbris,  
 Eminuisse reor, Nunquid bene comparo Iesum  
 Patri,

Patri, quem variis onerata negotia curis  
 Detinuere diu peregrè, cui fortè reverso  
 Fertur in occursum natorum blanda supellex?  
 Ora paterna premunt; innectunt colla lacertis;  
 Basia dant manibus, patriisque favoribus aucti  
 Sunt hilares, lætisque domum clamoribus implent  
 Infantes animæ. Solymis, ubi nostra salutis  
 Commoda promovit, puerorum sanctus amator,  
 Ut Pater assiduus fidusque revertitur; ite  
 Eius in amplexum pueri! duc agmina, fili  
 Davidis Ioseph, Domini Nutritie: signa  
 Zacharides præfer, Christi Præcursor, eremi  
 Vox austera, Patrum Primas; cui iudice Christo,  
 Nulla parem meritis enixa est fœmina partum:  
 Plaude, quod ex odio meretricis nuper atroci  
 Herodis Regis dederis tua guttura ferro!  
 Accipe mercedem, cape præmia digna labore.  
 Nobilis Agnus adest, qui Mundi crimina tollit,  
 Cœlorumque fores aperit: bona nuntia! Mundo  
 Expectata dies! en prima revertitur ætas:  
 Auditote, Patres, Dominum sua verba sonantem:  
 Dilecti Patres, ex quorum sanguine carnem  
 Virgineo mediante sinu suscepimus, ecce  
 Appropero, Colubri contrito vertice, plenos  
 Promeritis vobis primævæ fortis honores!  
 Hoc feror instanti, quo solvor corpore, vestri  
 Tactus amore, feræ per opaca silentia mortis.  
 Huc trahor! huc raptor! mors fortis; fortior illa  
 Est Divinus amor: celeres hic addidit alas.  
 Fumat adhuc Solymis propè mœnia victima nostri  
 Corporis, & calidum stat adhuc in vulnere tabum;  
 Iusta per hoc Cœli deferbuit ira; revixit  
 Gratia; parta salus; effracta repagula furvi

Di-

Ditis; & aternæ vobis data copia vitæ,  
 Ascendetis eò; vobis nihil ampliùs obstat.  
 Dum parat egressum proavorum turba; beatam  
 Exhalat Disinas animam, quæ ducta per umbras  
 Et loca muta, videt Divinos eminùs ignes;  
 Lætatur, Patrùmque choris sociata, potitur  
 Pollicitis. Tandem Jesus Dux inter amcenos  
 Et celebres plausus ingentia nomina Limbo  
 Educit; Stygii spoliùm memorabile regni!  
 Magnificum visu fuerit (sed talia nostri  
 Aspectùs aciem fugiunt) sub vindice diræ  
 Mortis & Inferni Jesu, tot millia Patrum  
 In certos distincta choros, certasque phalanges,  
 Ex Limbi tenebris Paradisi in pascua duci.  
 Nemo triumphantis laudet spectacula Romæ,  
 Ingressusque Ducum, devictis hostibus: illa  
 In nostræ nequeunt duci consortia pompæ  
 Festivique chori; quis enim Cœlestibus ausit  
 Æquiparare leves Mundi pereuntis honores.  
 Aspicit Infernus Patres exire profundo,  
 Hisque dari sedes vacuas, quibus antè superbus  
 Lucifer in patrio fuerat gavisus Olympo:  
 Rumpitur invidiâ plebs indignata profundi;  
 Tota furens, piceas rictu deglutit & efflat  
 Flammarum nubes; laniat sua viscera morsu.  
 Panditur intereà Paradisi nobilis hortus,  
 Ac recipit Patres; donec præeunte subintrent  
 Salvatore suo spatiosam Numinis Aulam,  
 Regalésque domos, & vasta palatia Cœli.  
 Multus ubique dies, lux perfectissima, veri  
 Visio clara Dei, Procerum pulcherrimus ordo,  
 Magna ministrorum series, immensa serenæ  
 Copia lætitiæ, votorum meta, quietis

Ac æternorum possessio plena bonorum!  
 Ite Patres, longos jussi sperare per annos;  
 Ite bonis fruitum Cœlestibus; ite salute  
 Perpetuâ saturi, quam vobis nulla deinceps  
 Eripiet Stygii Colubri versutia: nostrî,  
 Qui sumus innumeris, hoc donec in Orbe vagamur  
 Casibus expositi, memores estote, rogamus!

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO SECUNDA.

S. LUCAS CAP. 24.

Unâ autem Sabbati, valde diluculò venerunt ad monumen-  
 tum, portantes quæ paraverant aromata: & invenerunt  
 lapidem revolutum à monumento. Et ingressæ non invene-  
 runt corpus Domini Jesu. Et factum est, dum mente conster-  
 natæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in  
 veste fulgenti. Cùm timerent autem, & declinarent vultum  
 in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis? viventem cum  
 mortuis? non est hic, sed surrexit &c.

SYNOPSIS.

*Dominus & Salvator noster Jesus Christus, triduo post passio-  
 nem suam nondum elapso, à mortuis quàm gloriosissimè  
 resurgit; hujusque inauditi miraculi certissima per aliquot ap-  
 paritiones documenta, ipsorumque vigilum relationem, in maxi-  
 mam Judaorum confusionem manifestat.*

Post Christi mortem, nondum fax tertia plenam  
 Reddiderat Mundo lucem, rebusque colorem;  
 Ecce pavementum cryptæ fundusque sepulchri <sup>Matt.</sup>  
 Incipiunt trepidare; sacris penetralia fulgent <sup>28. 2.</sup>  
 Lucis inassuetæ radiis: speciosus amœno  
 Egreditur sponsus thalamo; latus omne ministris  
 Cingitur Angelicis. Vigiles terrore repleti  
 Aspiciunt facti seriem, & statione relictâ  
 Turpiter aufugiunt. Cum Christo læta resurgit  
 Albescitque dies; quando venerabile corpus

Am-

Luc. Amplius uncturæ veniunt tres, balsama magni  
 24. 4. Portantes pretii, Solymæa ex urbe Mariæ:  
 Quis nobis lapidem, consultant inter eundum,  
 Marc. Ponderis immensi, removebit ab ore sepulchri?  
 16. 3. Accedunt propius; lapidis quoque mole remota  
 Inspiciunt vacuum sublato corpore cryptam;  
 Esse tamen multâ cumulata luce tuentur.  
 Ad caput atque pedes residet par nobile Cæli  
 Aligerûm, niveâ cooperti sindone: fulgor  
 Ibat ab intuitu. Matres terrore repulsæ  
 Tristes avertunt oculos; sed Magdalis unâ  
 Absentem Dominum quærit lacrymosa; gementes  
 Angelus alloquitur: Nolite pavescere, dicens;  
 Nam scio, quod Iesum crucifixum quæritis; atque  
 Ipse resurrexit, sicut prædixerat antè:  
 Ecce recessus; ubi corpus requievit Iesu!  
 Nunc Hierosolymam, magnalia visa relatum,  
 Currite lætantes, ubi significabitis ejus  
 Discipulis, Dominum jam surrexisse sepulchro.  
 Ast lugens oculos circumfert Magdalis inter  
 Florigeras horti frondes; aliquidque moveri  
 Cernens, aggreditur visu propiore, quid illud  
 Aspectu dubium referat: sociata, putabat  
 Esse, cui Ioseph hortum concedidit: urget  
 Joan. Ergo rogans: Bone vir, si tu subduxeris horto  
 20. 15. Illatum nuper crucifixi corpus, amabò  
 Hæc fateare mihi; tollam promptissima raptum.  
 Vix ea dicta; videt coopertum lumine Christum  
 In vivis astare sibi, gavisâque valde,  
 Rabboni, \* ait, permitte, pedes ut læta recumbens  
 Osculer: at cœptis recubantem Christus amico  
 Arcuit alloquio. Sociæ tam mira videntes

Acce-

\* 2da brev. Ricciol.

Accedunt propiùs; tentant pia basia nuper  
 Transfixis pedibus, manibusque inferre; rogantes  
 Admittit tandem, prostratæ Numen adorent.  
 Sufficit, ite meæ, dicit Salvator, amicæ  
 Nunc Hierosolymam; lugentibus omnia, coràm  
 Quæ modò vidistis, narrate sodalibus: ite  
 Deposito terrore; moras abrumpite. Jussæ,  
 Discipulis, primùmque Petro, sociòque Ioanni <sup>Joan.</sup>  
 Hæc bona notificant, cùm mox veloce Ioannes <sup>20.</sup>  
 Antevenit Petrum cursu; sed præpete gressu  
 Subsequitur Petrus; properant conamine magno  
 Spectatum pariter redivivum corpus Iesu.  
 Ingreditur cryptam Petrus; sudaria lustrat  
 In sese revoluta, videt quoque Nicaodemi  
 Nuper aromatibus velamina tincta: Ioannes  
 Post Petrum introiit: sed Christi corpus ademptum  
 Discipulos cogit solito mœrore reverti.  
 Non subit ulla meam veri dubitatio mentem,  
 Quin læto Christi Genitrix hæc nuntia corde  
 Audierit; quamvis multâ ratione coactus  
 Crediderim, quòd prima Dei redeuntis ab Orco  
 Lux apparuerit Matri: licèt omnia fido,  
 Sicuti consuevit semper, memoriq; tacenda (dens  
 Corde recondiderit. scio, quòd crucis arbore pen-  
 Christus, & in medio mortis lætamine, Matrem,  
 Quantumvis post tres soles rediturus abiret,  
 Curandam dederit linguâ moriente Ioanni:  
 Nec magis à nostris abstrusum sensibus esse,  
 Quòd ceu verus homo, de cuius sanguine carnem  
 Sumpserat, imprimis dilexerit: hincque resurgens  
 Præ reliquis tristem primò recreare parentem  
 Decrevit. Nec facta fidem superantia canto,  
 Si reor, ad Matrem pariter retulisse, quòd omnes

Ex

Ex Limbo Patres Matrêsq; reduxerit; inter  
 Quos primus fuerit Ioachim præclarus, & Anna  
 Nobilis, ex quorum (reliquos hîc transeo) Mater  
 Stemmata descendit. Certè mihi nemo negabit  
 Hæc quòd Virgineam Matrêm prænuntia miro  
 Post tantos gemitus sint consolata favore,  
 Sufficiant hæc; Musa tuum converte cothurnum  
 Ocyùs ad reliquos, narrando sedula, casus,  
 Expulsi vigiles lucis fulgore, relatum  
 Appropriant Scribis, portentâque visâ recensent,  
 Hi stupuère; monent factum reticere; benignos  
 Se fore, promittunt, & divite munere largos:  
 Nec minùs, ut Præses Romanus fidat eisdem,  
 Se curaturos. Vigiles se turpiter auro  
 Corrupti faciunt; admittunt munera; spargunt  
 Ex jussu pravo Synagogæ, corpus ademptum,  
 Séque soporatis ablatum; jure vereri,  
 Discipulos patrâsse scelus. Quæ fabula gentem  
 Duxit in assensum, quamvis temeraria falsi  
 Mater: & hinc turpi sublatum crimine Christi  
 Corpus, ad extremos extendit fama nepotes,  
 Usque adeò, ut, quicumq; probant contraria, dicant  
 Delirare nimis; vigilum commenta secuti.  
 Hi quoque tot vicibus coràm Prætorè citati  
 Intrepidè repetunt mendacia; vulgus inhæret  
 Mordicus assuetis, ridens miracula. Præses  
 Ethnicus attonitâ, dubio quandoque suborto,  
 Pellit mente fidem: pensat, si congrua vero,  
 Quæ vaga de Christo redivivo fama reportat,  
 Consultum potius, primo sub murmure, facti  
 Extenuare fidem: vigiles sua falsa probabunt.  
 Me quod spectat, ait, credo conclusa Senatûs  
 Impositura mihi quàm plurima scommata; nullis

Matt.  
 28.11

Iratus dicet, servato juris & æqui  
 Ordine, confessum nunquam, minimèque reatûs  
 Convictum, tenuis Synagogæ ad jurgia, Christum  
 Condemnâsse, pudor Romanis! legibus uti  
 Scimus; & immemorem legum tolerare studemus!  
 Hæc ità, mi Ponti, nullâ virtute propheta!  
 Res, ut dixisti, Romæ successit; & inde  
 Ad Rhodanum missus, mersisti colla profundo.  
 Tiberius Christum, quem Romam lata frequenter  
 Signa celebrabant, numero sociare Deorum  
 Velle ferebatur, nisi tali morte fuisset  
 Ereptus vivis: melior sententia, Christo  
 Inter falsorum poni simulaera Deorum  
 Displicuisse. Tamen quoadusque Tiberius Orbem  
 Rexit, Discipulis favit, nullique nocebat,  
 Qui tanto Vati meritos tribuebat honores.  
 Illa profana nimis faciamus missa, relictam  
 Nunc Solymam repetamus; ibi turbatio regnat:  
 Discipuli gaudent, consolatique decorâ  
 Laude Redemptori redivivo carmina dicunt;  
 Sed Synagoga sacro nondum satiata cruore,  
 Fulminat atque furit, cupiens refecare securi (ret,  
 Non modò Discipulos Christi, sed quidquid adhæ-  
 Et bene de Domino loquitur: licet atra scelestam  
 Criminis infimulet, faciâtque pavescere, culpa.  
 Dixerat in vivis, & post sua funera Christus,  
 Velle reassumpto redivivum corpore sese  
 In Galilæorum fines regnûmque reverti:  
 Per terras graditur redivivi rumor Hebræas;  
 Præsertim volitat Galilæa per oppida fama,  
 Perque Tiberiadis fines, ubi multa, priusquàm  
 Ascendit Solymam Christus, miracula fecit.  
 Hinc quicumque gravi morbo, sævòque malorum

S

Spi-

Spirituum raptu conturbabantur, ovabant,  
 Affore, qui pressos certo medicamine salvet,  
 E contrâ furto sublatum corpus, ubique  
 Spargitur in populum: sic famam fama refellit  
 Turpia Tartareus juvit mendacia lurco,  
 Falsorúmque pater tenebras obducere Soli  
 Nititur; applaudunt stupidâ feritate maligni  
 Discipuli coeunt consultum, quando reverti  
 In Galilæorum fines videatur? anhelat  
 Una, cupitque Deum citiùs revidere; resistit  
 Altera pars placitis; ducti ratione probatâ,  
 Si placeat Domino, brevibus mandata daturum  
 Hoc, ut sperârant, evenit; namque Redemptor  
 Fratribus apprensus Solymæ, concedere jussis  
 In Galilæorum fines, ibi rursus eisdem  
 Conspicuum sese præfens ostendit, eosque  
 Edocuit verbis: mandavit denique, Cælos  
 Mox ascensurus, Solymæ subsistere, donec  
 Promisso Patris Cœlesti munere, robur  
 Ad confundendum reprobos, virésque dedisset  
 Discipuli Solymis vivunt, quasi carcere clausi  
 Nemo foràs ibat, qui non per scommata læsus  
 Sed tamen afflatu Domini munitus, abiret,  
 Suspicionem regor, quòd Matrem Filius omni  
 Illucente die Solymæ convenerit. Ibat  
 Spiritui similis, prævertens fulmina cursu,  
 Per Mare, per terras, per magna palatia Cœli,  
 Una voluntatis, Cœlesti sede receptis  
 Hos motus agiles animabus, motio causat,  
 Sunt immortales; penetrant obstantia; Solis  
 Stellarúmque faces superant fulgore Beati.  
 Efficimur Christo similes his dotibus omnes,  
 Qui vitis morimur peccati lege soluti.

Ofors assiduis coëmenda laboribus ! ecce  
 Prostat venalis ; Christus mercator eandem  
 Exiguo vendit pretio , licèt ipse cruentæ  
 Supplicio mortis priùs acquisiverit illam.  
 Currite , qui cupitis lucrari magna ! repandit  
 Christus in amplexum sua brachia : currite ! nullum  
 Hoc commune forum placitis accessibus arcet.  
 Hanc fortem gemitu contriti cordis ememus :  
 Hanc emet , offensam qui condonaverit ultrò ;  
 Hæc emitur veræ fidei pietate , speique  
 Viribus , & solido Domini patientis amore.  
 Hoc constat pretio regnum Cœleste ; beati,  
 Qui capiunt hæc verba , suo superantia sensu  
 Omnia Doctorem veterum problemata ! Christus  
 Hæc docet , excelsi Patris Sapia ; Christus  
 Hæc crucis ex cathedrâ linguâ titubante perorat ;  
 Ex tumulo Christus prostratâ morte resurgens,  
 Hæc asserta jubet per totum spargere Mundum.  
 Nunquam , conductus seu mercenarius offert,  
 Ut Christus , propriam ( res est notissima ) vitam,  
 Ut , ne dejiciat sepem , jugulétque luporum  
 Turba ferox agnos , fartum tueatur ovile.

**POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO TERTIA.**

S. LUCAS CAP. 24.

Duo ex illis ibant in castellum , quod erat in spatio sta-  
 diorum sexaginta ab Jerusalem , nomine Emmaus ; &  
 ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus , quæ acciderant.  
 Et factum est , dum fabularentur , & secum quærerent ; &  
 ipse Jesus appropinquans ibat cum illis : oculi autem illorum  
 tenebantur , nè eum agnoscerent. Et ait ad illos : Qui sunt  
 hi sermones , quos confertis ad invicem ambulantes , & estis  
 tristes ? Et respondens unus , cui nomen Cleophas , dixit ei :  
 Tu

Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus? &c.

## SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, duobus Discipulis suis in Emmaus itinerantibus apparet; & Thomam incredulum, ostensis sacrati corporis sui vulneribus, ad fidelitatem ducens; Discipulis suis, in universo Mundo Evangelium & pacem annuntiandi, potestatem iteratò concedit.

**LUC.**  
**24. 13.** **E**xibant Solymis ad agenda negotia bini (maius) Discipuli, castrum versùs, quod dicitur Emmaus. Unus erat Cleophas; reticet Scriptura secundum illud Nomen, & apponit, quæ sit distantia castrum. Quòd sexaginta stadiis distaret ab urbe. Dum proficiscuntur, de Christi morte, graviter afflicti. Supplicio, repetunt proprio sibi cognita vultu. Atque remordentur solito præcordia luctu. Respexit subitò Cleophas, viditque citatis. Approperare virum peregrinum passibus: illum. Se sociat binis; quærit, quos inter eundem. Sermones, siquidem tristatos corde videret, Miscuerint? Cleophas inquit: Tu solus es erga. O bone vir, Solymis adeò peregrinus & hospes. Ut, quæ contigerint propioribus hisce diebus. Tu non cognôris, toti notoria Mundo? Scilicet eloquio clarus fuit, atque Propheta, Et virtute potens Jesus de Nazareth; illum Pontifices nostri damnârunt morte probrosâ. Supplicioque crucis. Nos sperabamus eundem. Esse redempturum genus Israël, atque tyrannum. Servitio exemptos, in libertatis avitæ. Jura reassertos, æternâ sorte beatos. Nos effecturum. Super hæc nunc omnia demum. Postquàm res gesta est, hodie lux tertia fulget.

Sed nova matronæ, cupientes ungere Jesum  
 Ante jubar Solis surgentis ab Æquore, portant  
 Nuntia; se vacuum simul invenisse sepulchrum,  
 Et, quod terrificat, redimitos lumine Cœli  
 Angelicos juvenes ibi conspexisse; deinde  
 Ipsummet vegetum redivivo corpore Jesum.  
 Ex nostris plures properârunt, talia visum:  
 Et monumenta quidem vacua offendere; sed ip-  
 Non invenerunt. Jesus incognitus illis, (sum  
 Atque viatoris specie circumdatus, inquit:  
 O insensati vos, o incredula corda!  
 Nunquid enim Christum constanter oportuit illa  
 Supplicii tormenta pati, tandemque reverti  
 Ad Superos, fruitum regni Cœlestis honore?  
 Hoc Scriptura docet; dum viveret, ipse docebat  
 Christus; & unanimi decantant ore Prophetæ.  
 Nunquid ait Moses: Non eripientur Iudæ  
 Sceptra tribûs, donec mittendus venerit? atqui Gen. 49. 10.  
 Hæc alienavit jam pridem rector Idumes  
 Herodes, Romana diù gens abstulit illa.  
 Prædicat Aggæus, populos, gentésque movendas, Agg. 2. 8.  
 Dum venit optatus Princeps: illisque Propheta  
 Regius adjungit: Reges Tharsisque Sabæque Pf. 71. Mala. 3. 1.  
 Hunc veneraturos. Malachias: Strata viarum  
 Angelus ante Ducem reparabit; sicque subibit  
 Dux templam Domini. Quis nescit talia dudum  
 Evenisse? senex pueri sub imagine Christum  
 Obtulit Excelso Solymis; ejusque Joannes  
 Adventum retulit. Daniel austerior inquit:  
 Excindi Hebræos, holocaustaque cuncta perire; Dan. 9  
 Est modò præ foribus. Zacharias mitior infert: Zach. 13. 2.  
 Rex exercituum summus simulacra Deorum  
 Impia prosternet; nec vult memor amplius esse

Impietatis. Ait Sophonias : Gentibus ora  
<sup>soph.</sup> Exquisita , Dei resonandis laudibus apta,  
 3.9. Attribuet. Fient sensim prædicta per illos.  
 Tristiùs ista canit Jeremias ; plurima jungit  
 Esajas vates clarissimus inelyta puncta,  
 Supplicium vitamque simul tangentia Christi.  
 Sunt hæc dicta satis ; nam dicere plura coarctat  
 Inclinata dies. Comites , fax lucida Phœbi  
 Vergit in occasum , dicunt , dare membra quieti  
 Convenit ; atque rogant secum divertere. At illi  
<sup>Luc.</sup> Longiùs ire parat ; sed eunti suadet uterque,  
 24.28. Ne sua nocturnis vestigia crederet umbris ;  
 Esse reversurum , qui det bona lumina , Solem  
 Sit facilis flecti , faveatque rogatibus , instanti  
 Ecce domum ! bono hospes adest , cœnâq ; refectus  
 Excipiet nos grata quies ; hæc unica nostrum  
 Temporis accessu poterit lenire dolorem.  
 Dissimulat Dominus curam , mentemq ; manentem  
 Et quasi sollicitâ comitum prece victus , in aditu  
 Hospitiisque locum solitâ gravitate subintrat.  
 Factus in occursum , fieri velut assolet , hospes  
 Exhibitaque viris , & ab his pro more salute  
 Comiter acceptâ , conclave , sedilia , mensam  
 Et quæcunque domus , quæcunque culina ferebat  
 His tribus hospitibus cultis sermonibus offert  
 Sedibus impletis comites ad seria ; Christus  
 Verba Prophetarum sacro colophone coronat.  
 Cum dapibus mox servus adest ; surguntq ; levatis  
 Ad superos oculis : ut , quæ ponuntur in escam  
 Proficiant lassis , devotâ mente precantur.  
 Accumbunt cœnæ ; panem frangendo Magister  
 Se manifestat eis : illi stupuere , silente  
 Attoniti visu ; tenet admiratio fixos.

Dumque parant cupidos amplexus, oscula blanda;  
 Non secus ac subitum fulgur per inania raptum,  
 Tantus inexpletâ cœnâ disparuit hospes.  
 Territa tota domus ferotina tempora noctis  
 Hoc super eventu vario sermone fefellit.  
 O! ait ad focium Cleophas, scelus esse verebor,  
 Quòd neque nocturnis facibus, neque luce diurnâ,  
 Discipuli potuère suum novisse Magistrum!  
 O stupor! & Phariis nox multò densior umbris!  
 Explicat, ut solitus, Scripturæ verba; Prophetas  
 Exponit; causas memorat, cur flebile mortis  
 Christus obivit iter; turbatâque pectora sacris  
 Ignibus accendit; tamen hoc in lumine cæci  
 Ivimus. Eoo Titan caput exere Ponto,  
 Et radiis discerne vias! mens plena novorum  
 Æstuat ire foràs, totam, quam vidimus, urbi  
 Expositum facti seriem. Quid, amabò, moramur?  
 Sint licèt obducti noctis caligine campi,  
 Occultæque viæ: trahimur, rapimurq; retrorsum.  
 Hospitii Patrone vale; remeamus ad urbem,  
 Ut Condiscipulis tam nuntia læta feramus.  
 Præcipitatur iter; volitant quasi, cuncta relatum,  
 Quæ sibi contigerant. Vix intra mœnia ducti,  
 Discipulis avido properant narrare relatu  
 Visa apparentis Domini miracula. Gaudent  
 Exspectantque viri, simili quoque sorte beari.  
 Ergò ubi jam sero conjuncti vespere, clausis  
 Hospitii foribus, se consolantur, & hymnos  
 Unanimes cantant Domino pietate fideles,  
 Astitit in medio Christus, repetitque secundo,  
 Pax vobis! omnes mox consternantur, & hærent  
 Attoniti; sed Christus eos hortatur amico  
 Alloquio, monstrans illis sua vulnera: tandem

Luc.  
 24.36.  
 Joan.  
 20.20.

Assumunt animos & gaudia magna, reviso  
 Salvatore suo. Tunc oris flamine Jesus  
 Fratribus inspirat Divini Numinis auram;  
 Subjungitque statim: Sicut sum missus in Orbem  
 Sic ad totius Mundi vos climata mitto.  
 Quæis dimiseritis peccata, remissa manebunt;  
 E contra quorum retinere piacula vultis,  
 Illa retenta manent. Et factò sine loquendi  
 In tennes Dominus subito disparuit auras.  
 Cumque absens Thomas miracula tanta videre  
 Non potuisset; ei fratres specialia narrant.  
 Audiit attonitus Thomas, tam mira referri;  
 Sed spreto fidei merito, se nolle relatis  
 Credere, præsentem nisi conspexisset aperte,  
 Attactûque suo, lateris, manuumque, pedumque  
 Vulnera sensisset, temerarius ore profatur.  
 Discipuli socio validâ ratione reponunt:  
 Ignoras Thoma? Dominum dixisse, priusquam  
 Vaderet ad mortem: Postquam surrexero morte,  
 Ad vos post modicum Galilæaque regna revertar.  
 Hac impleta scias; sumus hic, qui vidimus illum  
 Luminibus propriis: Thoma, sis ergò fidelis.  
 Ambiguus Thomas, fieri vix posse, reponit,  
 Ut tam crudeli laceratus morte resurgat.  
 Est, ajunt, nullis Divina potentia metis  
 Circumscripta; negant fidei secreta subesse  
 Sensibus humanis: Thoma diffidere noli.  
 Bis quatuor vicibus terras aurora revisit,  
 Rursus Apostolicus cœtus collectus in unum  
 Intus erat; Thomas reliquis sociatus, inhæret  
 Ambiguæ fidei: mira ô dignatio Christi!  
 Occlusis foribus (Synagogam quippe timebant)  
 Ingreditur Dominus; resplendent stigmata toto

Cor-

Corpore, Cœlestem Thomæ monstrando figuram.  
 Suaviter alloquitur fratres; pacemque precatus  
 Omnibus, ad Thomam conversus comiter inquit:  
 Huc ades, o Thoma! clavorum stigmata certo  
 Inspice contuitu; digitos impone; nec esto  
 Amplius ambiguus, sed toto corde fidelis.  
 Territus aspectu Thomas respondet eidem:  
 O Deus! o Dominus meus! o! vox lassa volentem,  
 Plura loqui Domino, confestim deficit: ille  
 Sublevat alloquio, pergens proponere: Thoma!  
 Causa tuæ fidei sunt hæc conspecta: beati,  
 Quos sincera fides, signorum luce remotâ,  
 Ducit in assensum, meritisque placentibus ornat!  
 Ulteriùs Thomam veri convincere nifus  
 Mandat adesse cibos: pro paupertate feruntur  
 Assati piscis medium, pauxillaque mellis Luc.  
 Portio: manducat Dominus, reliquumq; reponit, 24.41.  
 Ut comedant alii, subjungens seria: Scitis,  
 Me monuisse priùs, quàm nos divortia mortis  
 Dividerent; opus esse, suo prælagia Vatum  
 Fine coronari; subjungit plurima verum  
 Scripturæ sacræ sensum referantia; fratres,  
 Audistis, decuisse pati sic, postque pusillum  
 Faucibus ex mortis, tumuloq; resurgere Christum;  
 Et post hæc cunctis terrarum gentibus unam  
 Doctrinam Fidei proponi in nomine Christi,  
 Et peccatorum veniam credentibus illi:  
 Hoc Evangelium Solymis orietur ab urbe.  
 O animæ pax una meæ, medicinæque vitæ!  
 O peccatorum scelerumque remissio! passæ  
 Naufragium, tabula es salvatrix unica, menti.  
 Non opus est cæsis holocaustis amplius aras,  
 Et sacra templa Dei fumo cumulare; refecit

Una simul totum defectum victima Christus.  
 Melchisedech docuit, panem vinumque litando  
 Sacrificare Deo; meliori forte beamur,  
 Dum Salvatorem Christum sub imagine panis  
 Et vini colimus, scimusque realiter esse  
 Præsentem, sicut præsens in culmine montis  
 Victima pro noxis, Mundum moriendo redemit.  
 Hæc Domini Cœnâ nihil est augustius; Ortus  
 Solis, & Occasus merito venerantur honore (dalem  
 Hoc Epulum: Christus Cleopham, Cleophæq; so-  
 Dum cibatur his dapibus, non sustinet amplius esse  
 Captivos oculis; redivivum manera vitæ  
 Discipulis dubiis manifestavere Magistrum.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO QUARTA.

S. LUCAS. CAP. 24.

**E**duxit autem eos foras in Bethaniam; & elevatis manibus  
 suis benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis,  
 recessit ab eis; & ferebatur in Cælum. Et ipsi adorantes  
 regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno. &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus Discipulos suos pro-  
 cedit in Galileam; & postquam ibi iterato eisdem appa-  
 ruisset, eduxit eos in Bethaniam; ubi ex monte olivarum  
 post datam omnibus benedictionem, illis hoc miraculum cum  
 gaudio aspicientibus, in Cælos gloriosè ascendit.

**I**ucundos patriæ fines, & originis oras  
 Diligimus, solo patriæ Cœlestis amore  
 Excepto; & regnum Galilææ Christus amabat.  
 Hic conceptus erat, nutritus, denique primis  
 Prodigis toti se demonstraverat Orbi:  
 Hic quoque post operum confecta negotia flagrat  
 Discipulis, siquæ restent mandata, referre:

Præ-

Præcedebat eò ; sanctissima Mater , & omnis  
 Turba sequebatur. Simon , quem cura laborum  
 Concernebat , ait didymo: Cur, quæso, moramur?<sup>Joan.</sup>  
 Ibimus Æquoreis immissum retia fundis;<sup>21. 2.</sup>  
 Si fortasse Deus , velut olim , piscibus illa  
 Impleat , & faustâ benedicat sorte laborem.  
 Ad mare festinant , dictum Gennesareth olim ,  
 Sive Tiberiadis modò , cui cognomen ab alma  
 Urbe Tiberiade ( hanc Romani nuper honori  
 Cæsaris Herodes construxit funditus ) illuc  
 Piscatum properant ; immittunt retia Ponto ;  
 Frustratum totâ producunt nocte laborem.  
 Iamque rubescebat stellis aurora fugatis ,  
 Cum penès Æquoreum cernebant littus euntem  
 Ignotum pulchrúmque virum , qui clamat: Habetis  
 Pulmentum fluviale , viri ? Nil cepimus , ajunt:  
 Exhortatur eos , in dextram mittere rete ;  
 Nec labor hic repetitus erit frustraneus , inquit.  
 Qui monitis parent ; ad dextram retia jactant ;  
 Et jam prægrandem subito cepère catervam  
 Æquorei pecoris. Prope littora spectat euntem  
 Discipulus , quem Christus amat , dicitque Simoni:  
 Qui spatiat ibi , ripasque videtur obire ,  
 Est Dominus : Simon verum dixisse Ioannem  
 Comperit ; & quamvis à littore navis abesset  
 Bis centum cubitis , tunicâ succinctus , in undas  
 Se demittit ovans ( ex quo dilectio Petri ,  
 Si nondum comperta foret , manifesta reluxit )  
 Prævertitque natans socios grave rete trahentes.  
 O quali Dominum Simon complexus amore !  
 Sub pedibus Christi , nuper commissa , negando ,  
 Crimina deplorat ; lacrymis pia gaudia miscet ;  
 Exultat patrio cernens in littore Christum.

Inte-

Joan. Interea reliqui propius cum piscibus istis  
 21.8. Navigio veniunt; dubio terrore retenti  
 Respectuque, nihil Domino præsente loquentes.  
 Impositum prunis piscem, panemque paratum  
 Conspiciunt illic; Christusque tacentibus inquit.  
 Apportate mihi, fratres, de piscibus illis,  
 Quos modò cepistis. Petrus pro more fidelis  
 Impatiensque moræ, navem conscendit, & auctis  
 Viribus extraxit resupinum rete profundo:  
 Hoc erat impletum decumanis piscibus, ultra  
 Quindecies denos: gaudent; positoque labore,  
 Ascendit Cœli medium Sol arduus axem.  
 Invitat Dominus fratres ad prandia; mensam  
 Gramina substernunt; retinent vaga lumina Phœbi  
 Arboreæ frondes; solito pro more Redemptor  
 Fratribus appositum panem, piscésque viritum  
 Dividit: hi comedunt; verùm reverentia mutos,  
 Præter Simonem, convivas efficit omnes.  
 Prandiolo finem dat grata precatio: victu  
 Fine coronato, lætum conviva Redemptor  
 Joan. Alloquitur Petrum: Simon Joannis, amasne  
 21.15. Me plus his aliis? Petrus asserit: Imò Magister,  
 Tu nôsti, quoniam Te diligo. Dicit eidem:  
 Pasce meos agnos. Iteratò quærit: Amasne  
 Me verè, Simon? Petrus, quin imò, reponit,  
 Tu Domine agnoscis, quòd amem Te. Replicat illi:  
 Pasce meos agnos. At Christus rursus, Amasne  
 Me, Simon? quærit: sed tertia quæstio, Petri  
 Cor rapit in lacrymas, atq; hæc in verba resolvit  
 Omnia quæ Cœlo, Terrâ, Pelagóque geruntur,  
 Sunt manifesta Tibi; cordis penetralia nôsti:  
 Sic quoque cognoscis, quali Tibi nectar amore,  
 Nec dubitare velis; Te semper fidus amabo.  
 Christus

Christus ait: Simon teneri mihi constat amoris  
Copia, quæ parilem tibi conciliabit amorem:

Pasce meas quasi Pastor oves; tua cura perennis  
Servet ovile meum; memori sed mente revolve,  
His curis magnos annexos esse labores.

Cum tua floreret vernans juvenilibus annis

Ætas, ipse tuos solitabas cingere lumbos,  
Ac procedebas alacer, quocunquè volebas;  
Sed tibi dum sensim subrepsit alta senectus,

Te fortasse trahent cinctum, quò tota resistit  
Mortalis natura trahi. Quo carmine fidi

Martyrium Petri verax prænunciat augur  
Christus; & adjungit dicens: Me Petre sequaris.

Joannem videt ille sequi, dicitque: Quid ergò,  
O Domine, hic faciet? Dominus respondet eidem:

Petre, quid hoc ad te? sic hunc dispono manere,  
Donec ego veniam: tu surgito, meque sequare:

Responsoque dato Christus determinat ultrò,  
Quò se Discipuli, comitum quò turba sequatur.

Hinc Zebedaiaden moriendi lege solutum,  
Et similem Divis immortalémque futurum

Esse, putaverunt, qui Petro talia Christum  
Audierant dixisse. Dedit stata temporis ætas,

Hæc quo verba modo sint accipienda; Joannes  
Martyrio liber, senio confectus obivit.

Est in Bethaniâ Solymææ mœnibus urbis  
Mons vicinus; ei tristis jungitur hortus

Gethsemani, nuper sacrati sanguinis undâ  
Sudantis Domini madidus: mons ille theatrum

Exhibet egregio Cœli Terræque triumpho:

Ex hoc montis enim supremo vertice noster

Salvator fursum vehitur super Æthera; postquam,

Tempus anastaseos si dinumeravero, Titan

Joan.  
21, 18.

Luc.  
24, 50.

Iam

Jam quadraginta vicibus renovaverat ignes,  
 Hoc in monte suos præfixo tempore, quorum  
 Intererat Domino valedicere, mandat adesse.  
 Virgo prima venit, quam plurimus ordo piarum  
 Subsequitur matrum; festinat turba virorum;  
 Discipuli, socii, comites, omnesque fideles  
 Conveniunt: niveâ Salvator luce coruscus  
 In medio tanquam cathedrâ soliôque perorat  
 Vos estis, qui me per multa pericula raptum  
 Sustinuistis; ego vestri succensus amore,  
 Dum vocor ad Patrem, vobis hæc nuntia præfero  
 Notificare volo: lacrymas cohibete! perenni  
 Ac invisibili Cœli virtute manebo

*Matt.*  
*28.* Vobiscum, donec Mundus renovabitur igne.  
 Est concessa mihi Cœli Terræque potestas.  
 Vos ergo gentes cunctas percurrite; doctas  
 Baptizate sacro Triados sub nomine; magnâ  
 Sedulitate meis animas acquirite regnis.  
 Glorificabo pios signorum luce labores:

*Marc.*  
*16.17.* Subjicio vobis Stygii fera monstra Tyranni;  
 Omnigenis gentes docturos imbuo linguis;  
 Toxicæ non lædent vos; dextera vestra medelam  
 Conferet ægotis; spiramine Numinis almo  
 Confortabimini: superas nam vectus in oras  
 Accelerabo viam Consolatoris; eundem

*Luc.*  
*24.49.* Expectate velim Solymis. Colophone relatis

*Act.*  
*1.4.* Imposito, miro teneræ dulcedinis æstu,

*Luc.*  
*24.50.* Elatis manibus, cunctis benedicit; & inde,

*Act.*  
*1.9.* Nescio quàm pulchro, scandentem lucida nubes  
 Amplexata sinu mœstis subducit amicis.

It Majestatis plenus, sociatus utrimque  
 Civibus Angelicis nive candidioribus; illi  
 Affatu faciles, suavique favore benigni,

Tristi

Tristibus acclamant Galilæis : Vertite vestros Aa.  
 A Cœlis oculos ; Dominum vidistis abire : 1. II.  
 Hâc quoque, dum veniunt perituri tempora Mun-  
 Vos suscepturus , sub Majestate redibit. (di,  
 Hic Ascensus erat festum spectabile ! verùm  
 Si vidissemus manes ex carcere Limbi  
 A Domino superis adductos cœtibus , illuc  
 O quantus rapuisset amor ! quis nollet abire,  
 Hoc visu recreatus, eò, quò tanta piorum (rum,  
 Agmina conveniunt ? nihil hic, mea Musa, malo-  
 Quod contristet, adest ; nihil hìc, mea Musa, bono-  
 Quod delectat, abest : felici fidere nati, (rum  
 Qui post decursum Mundani temporis, urbem  
 Ingrediuntur eam, cujus fundamina Christus Apoë  
 Ex auro posuit, muros ex jaspide, portas 21.  
 Ex\* Margaritis, & quod superambulat omnem Tob.  
 Ingenii captum, nullius lucis egentem! 13. 21.  
 Ipse Deus Sol est, qui tota fulget in urbe :  
 Ipse Deus Rex est, qui totam dirigit urbem :  
 Ipse Deus fons est, qui toti sufficit urbi.  
 Jerusalem \* Cœlestis ave ! quàm sordet inanis  
 Terra mihi, dum verto meos super Æthera vultus.  
 Nè mihi Romulidùm decantes Musa triumphos ;  
 Sunt, fateor, multis passim splendoribus acti :  
 Victor enim , lauri foliis sua tempora cinctus,  
 Stabat in excelsâ, populo acclamante, curuli ;  
 Currus ebur niveum , fulvo radiabat ab auro,  
 Quadrijuges gemmis ; spoliolum sarcina victis  
 Anteferebatur , qui tristi denique vultu  
 Dedecoris maculam fassi , vincitque catenis,  
 In plausum populi lætantis , iòque canentis,

Ponè

\* Vid. Profod. Riccioli.

\* Smet. V. Hierus.

Ponè sequebantur : Capitolia splendida luxu  
 Victorem patulis capiebant undique valvis.  
 Sunt hæc, cum nostro collata, crepundia, festo  
 Ipse Deus victor ; victi sunt totus Avernus ;  
 Est genus humanum spoliis vice ; totus Olympus  
 Sideribus radians format Capitolia ! quanta  
 Inter utrumq; cadit, Christi Romæq; , triumphum  
 Disparitas, manifesta nimis ! Quantillus ovabat  
 Romulidum populus ? Cæli respublica tantos  
 Collegit cives , quos , quâ patet orbita Mundi,  
 Vix potuit gremio complecti. Incredula Patrum  
 Posteritas , quæ visa patent , ferventer adorata,  
 Visibus humanis incognita , segniùs : optas  
 Delicias Cæli modico cognoscere gustu ?  
 \*Annales referunt, Monachum, qui gaudia Cæli  
 Credebat superare fidem , post tempora nocturna  
 Dum revehit Pelago roseos aurora colores,  
 Contiguum tacitumque nemus subiisse precatum  
 Audit inaccessæ per opaca silentia sylvæ  
 Suavifono garrere sono , sed nescio qualem,  
 Alituum speciem ; raptus dulcedine cantus  
 Per nemoris deserta , videt sub tegmine fagi  
 Fringillam resonare melos ; sedet ocyùs , aure  
 Tam suavi recreare sono : sua lumina Phœbus  
 Ponit, & assumit ; cadit, atque revolvitur annus  
 Et ter centeni labuntur , donec amœnum  
 Finit avis cantum. Monachus sub vespere credit  
 Se rediisse domum ; sed dum videt omnia claustrum  
 Immutata , pavet : Cœlorum gaudia pleno  
 Approbat assensu ; Dominóque vocante, sonoram  
 Fringillam sequitur gustatum gaudia Cæli.  
 O mihi si pariter gustare hæc ipsa daretur !

POE-

\* *Specul. Exempl. Tit. Cœlest. glor. Exemp. 13.*

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
INDUCTIO QUINTA.

ACT. APOSTOLORUM CAP. 2.

**E**t cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: & factus est repente de Cælo sonus, tanquam advenientis spiritûs vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus post gloriosam suam in Cælos ascensionem, completo Pentecostes festo, congregatis in civitate Hierosolymitana fidelibus suis Spiritum paraclitum, ut abiturus promiserat, cœlitus transmittit, & in sancta fide contra omnes adversariorum insultus egregiè roborat.

**P**ostquam Salvator Cælos ascenderat, ejus Act.  
I. 12. iussis morigeri Solymam velociter omnes

Discipuli redeunt; comitatur Virgo, suisque Associata, sacris jungit suspiria votis:

Sic quoque Discipuli solito fervore diurnas Nocturnis precibus jungunt. Amor unicus omnes Nescio quàm firmâ nectebat lege fideles. Act.  
I. 15.

Inter Discipulos cathedrali jure supremus Hæc Bar-Iona refert: Christi novisse redemptos,

Qualiter Iscariota lucro seductus iniquo (lum Tradiderit Dominum; nec non quæ manserit il-

Sors horrenda nimis: restare, ut Episcopus alter Substituatur ei; præsens Ecclesia debet,

Inquit, Apostolici numerum supplere senatûs.

Adjiciunt monitis assensum, bina legentes

Lumina constantis fidei; paritèrque precantur,

Ut Deus inspiciens cor, quem delegerit horum

Unum, declaret; dubium fors jacta diremit,

T

Mat-

Matthiásque fuit promotus Apostolus. Ille  
 Hebræos docuit, docuit quoque postea gente  
 Æthiopum; nulli solidâ virtute secundus.  
 Cùm Pentecosten Judaica gens celebrâisset,  
 A. G. Exiguus Christi populus sub Præside Petro  
 2. 1. Confociatus erat, Domino celebrare fideles  
 Christiadûm cultus, nostri solemnia ritûs.  
 Ecce repentino quatiuntur tecta fragore,  
 Ingreditúrque domum vehementi turbine ventus,  
 Irradiat niveâ lux quædam nube sodales;  
 Verticibusque statim, linguæ flagrantis adinstar  
 Flammula prominuit radio distincta biformi.  
 Hic erat à Domino promissus Spiritus, almus  
 Director fidei, consolatorque benignus;  
 Tertia Divinæ Triados persona; bonorum  
 Fons septemplicium: fons hic \* *Sapientia* abyssus,  
 Lux *Intellectus*, sacræque *Scientia* origo,  
 Consilii que dator, mentalis *Roboris* author,  
 Fons solidæ *Pietatis* alens, sanctique *Timoris*.  
 A. G. Hâc afflabantur Divini Numinis aurâ  
 2. 4. Discipuli, pleni que Deo Cœlestia miro  
 Ore loquebantur: sed, quod plerique stupebant  
 Temporis exigui punctillo quælibet Orbis  
 Addidicere loqui doctis idiomata linguis,  
 Parthi cum Medis, Elamitæ, Arabésque, Syri que  
 Cappadoces, Libyes, Cretes, Phryges, atque Latini  
 Inter Apostolicos, auditum sacra, Prophetas  
 Admissi, patriis tradi Cœlestia linguis,  
 Iurâssent. Inopes agrorum, fructibus orbos,  
 Ex marium fundo captantes lucra, quibusque  
 Ars sua census erat, tantis super ardua rerum  
 Evectos spatiis, quis non mirabitur, uno

\* 7. *Dona Spiritus S.*

Informante Deo , de Divis tanta referre ?  
 Iudiciis hominum (quàm deplorabile crimen!)  
 Vapulat ipse Deus , reprobâ dum voce crepatur,  
 Hos piscatores non quodam Numine , verùm <sup>Act.</sup>  
 Ebrietate regi. Simon pertæsus , eisdem <sup>2. 13.</sup>  
 Respondet , quòd eò ( si quæ reverentia veri  
 Restet in Hebræis ) ut quis se nectare Bacchi  
 Infatuet , nondum processerit hora diei.  
 Ebrietas procul est ; Domini virtute reguntur :  
 Vaticinantur enim , juxta præfagia Ioël , <sup>Joël.</sup>  
 Quæque diem Domini sint præcessura , loquuntur. <sup>2. 28.</sup>  
 Vos crucifixistis Iesum virtutibus Orbi  
 Et signis notum , qui , David Rege Prophetâ  
 Vaticinante , suo devictâ morte sepulchro <sup>Ps.</sup>  
 Exivit : nostro qui vidimus omnia vultu , <sup>15. 8</sup>  
 Experti vobis , Domino mandante , fatemur.  
 Hic quoque fidereas , nobis spectantibus , arces  
 Fulgidus intravit Patrioque decorus honore :  
 Unde remittendo Divinæ robora vitæ  
 Hos confortavit fratres , jussitque secundum  
 Inspirata loqui : si quis neglexerit , aures  
 Præmonitis adhibere , Deo plectente peribit.  
 Compuncti plures per verba minacia Petri , <sup>Act.</sup>  
 Se , responderunt , ad quælibet esse paratos. <sup>2. 37.</sup>  
 Gavissus Simon , justo veroque dolore  
 Compunctos , sacro Baptismi fonte lavari,  
 Sicque dealbari crucifixi sanguine jussit ;  
 Ac fore promisit , Cœli virtute repleti  
 Ut doceant cunctas Christi sacra dogmata gentes ;  
 Spiritui sancto submittunt colla profani,  
 Ablutique sacrâ Christi Baptismatis undâ,  
 Non secus ac alii , resonant magnalia Cœli.  
 Immensus , Petro sic declamante , piorum

Crescebat numerus ; fociis Ecclesia Christi  
 Amplificabatur : referunt , tria millia nostris  
 Accessisse sacris. Animarum frugifer annus !  
 Auxit Apostolicos per plurima signa labores  
 Spiritus ex patrio transmissus pectore : totam  
 Act. 2. 43. Prodigijs plenam meritis pavor occupat urbem  
 Quodque stupescebant omnes , Ecclesia Christi  
 Indivisa manens animâ vivebat in unâ :  
 Quod docet unus , idem docet alter ; & omnia primo  
 Sub Simone Petro , summo Pastore , reguntur  
 O faciles flecti , quos talis Spiritus uno  
 Confociat nexu ! per mille pericula mortis  
 Impavidi sua sacra ferunt , Templumq ; subintrant  
 Luc. 24. 53. Sive dies lucem , nox sive resuscitat umbras ,  
 Act. 2. 46. Quælibet hora viros orantes aspicit unâ.  
 Act. 3. 1. Cum Ioanne Petrus sacram Salomonis ad Ædem  
 Perrexit quandoque , Deo sua vota solutum :  
 Ecce ferebatur , quem matris viscera claudum  
 Ediderant Mundo ; positusque ad limina Templi  
 Mendicare stipem : claudus miserabilis altâ  
 Voce suæ narrat plorans incommoda fortis.  
 Aspexit claudum Simon , dixitque benignus :  
 Huc converte tuum , fili paupercule , vultum  
 Impiger observans oculos , aspexit utrumque  
 Nos sumus , adjungit Simon , ipsimet inanes ,  
 Et vacui nummis ; sed fili , porrige dextram  
 Quâ sibi porrectâ Simon in nomine Iesu  
 Iussit , ut exsurgat strato. Sua crura repleti  
 Robore sentit inops ; surgit , templumque subintrat  
 Glorificans Dominum. Claudum mirantur euntem  
 Ecstatico quodam raptu , quicumque subibant  
 Limina sacra Dei ; Petrum , sociumque Ioannem  
 Suspiciunt , Petrus : Quid ob hæc nos mira , stupentes  
 Suf-

Suspicitis? nostrâ non sunt virtute peracta:  
 Gloria tota manet crucifixum, munere summi  
 Patris in excelsis positum, quem turpè Barabbæ  
 Posthabitum nuper jugulâstis: pessima! fratres;  
 Sed juvat in meliùs converti corda, dolorem  
 Hac super offensâ sacris succendere flammis;  
 Sicque refrigerii, Cælo donante, fidelem  
 Exspectare diem, quo Iesus ille repletus  
 Majestate Dei, cineres animabit & ossa.  
 Ecce resurrexit Christus, de stemmate magni  
 Thariadæ natis, & postea gentibus: ergo  
 Este Deo fidi, nostrisque accedite sacris.  
 Cùmq; Dei populum plùs quinis millibus auctum, AÆ.  
 Fine coronato sermone, remitteret ardens 4. 4.  
 Eloquio Simon; Hebræi turba Senatûs,  
 Non secùs ac missi laceratum bruta molossi, AÆ.  
 Prorumpit Templo, Petrum comitèmq; Ioannem 4. 1.  
 Injèctis manibus (quia Sol jam verterat ignes  
 Occasum versùs) donec sua lumina Mundo  
 Redderet, includi tenebroso carcere mandant.  
 Sol revehit lucem; concurrunt undique cives; AÆ.  
 Celsa Magistratûs Hebræi lumina Petrum 4. 5.  
 Cum Zebedaiade coram se stare jubebant:  
 Intrepidi veniunt; cujus virtute, rogati,  
 Sanâssent claudum? dicunt: In nomine Iesu,  
 Quem crucifixistis, sanus pauperculus astat.  
 Plura recensentem Petrum reticere, nec unquam  
 Informare sacro populum de nomine Iesu  
 Injungunt. Sed enim Cæli præcepta, reponit,  
 Iussibus humanis esse anteferenda scietis.  
 Pontifices, cùm tanta palàm miracula prostant,  
 Insultum populi justo terrore verentes;  
 Ut tenui Zephyro gracilis vibratur arundo,

Hinc ac inde trahunt votorum murmura: tandem  
 Act. 4. 23. Ambos dimitti sequitur sententia. Petrus  
 Fratribus enarrat, quæ sint decreta, Deoque  
 Unanimes referunt præconia laudis: & inter  
 Act. 4. 31. Orandum tellus subito concussa tremiscit;  
 Accessuque novo Divini flaminis aucti,  
 Pro Domino Iesu, quantumvis aspera, nullis  
 Casibus exceptis, tolerare pericula jurant.  
 Hinc ubicunque fuit sacri data copia verbi,  
 Ex tumulo Iesum redivivum corpore, Cælos  
 Ascendisse canunt, firmantque oracula signis.  
 Nunquam conscendit nocturna cubilia Phœbus  
 Nunquam deseruit, quo non Ecclesia multis  
 Prohibus aucta, velut refluo Mare gurgite, crevit  
 Sancta Fides nobis, perfecti Numen Amoris  
 Joan. 15. 27. Esse, quod ex Patrio procedit corde, revelat  
 Hic Amor impuri flaminas extinguit amoris,  
 Affunditque novos purgatis cordibus ignes:  
 Hic Amor, adverso titubantia turbine, nullâ  
 Sorte solubilibus conjungit pectora modis:  
 Hic Amor associat, quod dissociavit Avernus,  
 Et facit, ut vivi flammis purgantibus ustos,  
 Cœlicolas flectendo, juvent, illique vicissim  
 Pro vivis orent, leo ne prægrandis Averni  
 Devoret incautos. Verè commercia sanctæ  
 Lucis! inexpertum non fastidite Rupertum:  
 Musa refer potius causas, cur (lugubre dictum)  
 Temporibus nostris hic mutuus algeat ignis.  
 Rupit avarities, Stygiis emissa profundis,  
 Vincula, quæ primus nec tebat zelus amoris,  
 Frigida verba, *meum* atque *tuum*, finè fine resistunt  
 Spiritui Sancto: quondam generosius arsit  
 Inter Apostolicos amor hic primosque sodales.

O felix

O felix ætas ! uni quod defuit , alter  
 Suppeditabat ; erant uniti corde fideles.  
 Nulla simultatis species , contentio nulla ;  
 Nemo ferox vultu , nemo truculentus in ore ;  
 Non remorantur opem , nunquam solatia tardant ;  
 Vix humana potest hæc conversatio dici ;  
 Sed potiùs ( si , quæ mortalis vita requirit ,  
 Excipias ) Cœlestis. Idem ( quod spero futurum )  
 Dicere de nostrâ si tempestate liceret ,  
 O fortunatos ! sed prò dolor ! illa proterva  
 Bellua multorum capitum , vaga filia noctis ,  
 Hæresis extinxit , qui tunc ardebat , amorem.  
 Hæc duce vastatos luget Germania campos ;  
 Angelicos posuit subrepta Britannia mores ;  
 Gallia salva quidem , sed quanto sanguine talis  
 Libertas reparata fuit ! meâ Musa , gementi  
 Ad longum recitare veto lugubria versu.

Act.  
4. 32.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO SEXTA.

ACT. APOSTOL. CAP. 7

Stephanus autem plenus Spiritu Sancto intendens in Cœlum,  
 vidit gloriam Dei , & Jesum stantem à dextris Dei. Et  
 ait : Ecce video Cœlos apertos , & filium hominis stan-  
 tem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magnâ conti-  
 nuerunt aures suas , & impetum fecerunt unanimiter in eum.  
 Et ejicientes eum extra civitatem , lapidabant. &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus, Sancti Stephani Proto-  
 martyris , ante portam Hierosolymitanam à Judæis crudeliter  
 lapidati , animam in Cœlos assumit ; & Archithesaurarium Regina  
 Candacis per Apostolum Philippum Ecclesia sua mirabiliter aggregat.

**N**ullus eâ Solymis sub tempestate vigebat  
 Ordo : Domus Jacob sceptro spoliata , potenti  
 Sub Romanorum dominatu stabat : & impos

T 4

He.

Herodes Tetrarcha suis suspectus, oborto  
 Sadducæorum Pharisæorumque tumultu  
 Gentiles ex parte Deos, ex parte colebat  
 Mosaicos ritus. Medio sub turbinis æstu,  
 Sol Evangelii multo fulgore coruscus  
 Ulteriùs graditur; radiant miracula; magnus  
 Undique concurrat numerus, qui dogmata Christi  
 Amplecti cupiunt: Baptismi fonte lavantur  
 Permixti senibus juvenes, vetulæque puellis,  
 Unde sacerdotum labor innumerabilis urget,  
 Aa.6. Fidos constitui septem sub honore secundo  
 Auxiliatores, nimis qui rebus adessent,  
 Presbyterosque, Dei populum curando, juvarent  
 Primus erat Stephanus, vir magnus nomine, vultu  
 Præditus Angelico, celsâ virtute decorus,  
 Prodigis celebris, mirus gravitate loquendi;  
 Cum quo Scribarum scioli contendere verbis  
 Tentabant: verum confudit Musica grata  
 Luscinia stupidi bubonis inutile carmen.  
 Nullus enim sciolus poterat subsistere coram  
 Levitâ Stephano, populum sua sacra docente,  
 Totus erat sapiens, Cœlesti lumine plenus;  
 Seria mellifluis tractabat dogmata verbis.  
 Disputat, evincit, signis confirmat, eundem,  
 Quem crucifixerunt, redivivo corpore Cœlos  
 Ascendisse: simul pulchrè deducit, in illo  
 Verificata Patrum promissa, nec amplius esse,  
 Quod quisquam cupiat, nisi fata novissima Mundi.  
 Sunt hæc certa quidem, vir Divinissime; verum  
 Audio, terrifici fabricantur in aëre nimbi; (bres  
 Maxima grando cadet; Phlegethon effusus in im-  
 Non dabit ignitum sulphur, sed saxa vibrabit.  
 Conjurant reprobi; cudunt mendacia; falsos  
 Sub-

Substituunt testes; Stephanoque piacula linguæ<sup>Act. 6. 11.</sup>  
 Nequiter imponunt, referuntque fuisse minatum,  
 Quod loca Divorum, legumque sacraria noſter  
 Sit proſtraturus Jeſus de Nazareth. Ille  
 Doctior his rabulis, multoque potentior ore,  
 Diſſimulat fucos, & libertate loquendi  
 Conceſſâ, repetit ſummatim dogmata Chriſti:  
 Omnia Majorum præſagia divite ſenſu  
 Explicat, & ſolidè demonſtrat ſingula Chriſto  
 Appropriata. Stupent proceres oracula; vultum  
 Æthereo radiare vident fulgore; ſed inſtat:  
 Dicite, quis Solymis vixit, vigitque Propheta,<sup>Act. 7. 52.</sup>  
 Quem non veſtrorum cruciaverit ira parentum?  
 Nec vos degeneres, proavorum crimina duplo  
 Auxiſtis, dum, quem vobis annuntio Juſtum,  
 Inſolito proſuſ jugulâſtis funere Chriſtum.  
 Dura iſthæc, ſed juſta fatiſ, concluſio cœtum  
 Judici, qui ſe tactum læſumque putabat,  
 Ut levis aura rogos inſuſâ pallade, magnis  
 Ignibus accendit: rapitur Levita, catenis  
 Conſtrictus Solymis educitur; inter eundum<sup>Act. 7. 57.</sup>  
 Tunditur à reprobis; affligitur undique preſſus.  
 Saulus Scribarum manus altera (poſtea Chriſti  
 Vas nimis electum) juvenili flammeus æſtu,  
 Nè forſ impediât lapidantes cura togarum,  
 Efficitur cuſtos: Stephanus, dum grando paratur,  
 Elevat ad Superos ſolitâ dulcedine vultum,  
 Et videt à dextris æterni Patris amatum  
 Stare Redemptorem: video, clamabat, apertas  
 Cœlorum valvas; video, quem diligo Juſtum:  
 O video, repetit, video mea gaudia Jeſum!  
 Ingruit interea lapidoſæ grandinis imber,  
 Et quatit innocuum Stephani caput: ille precatur,

Regis ad exemplum, ne tanta piacula poenis  
 Authores feriant; positoque in cespite vultu,  
 In Domino Iesu morientia lumina claudit.  
 Martyrii primo diademate clarus, eodem  
 Quo Christus Mundi peccata redemerat anno,  
 Sanguineus, testis Stephanus Levita, Magistro  
 Atque Sacerdotum primo sociatus, obivit,  
 Ossa per innumeros lapides contrita, sepulchro  
 A. A. Condecoraverunt fratres, & funera digne  
 8. 2. Planxerunt. Posthæc Synagoga tyrannidis au-  
 Ut rabiosa solet gustato sanguine tigris, (sum,  
 Latius extendit: Saulus sub tegmine Legis  
 Persequitur, quemcunque putat confidere Christo,  
 A. A. Explorat vicos, canibusque sagacior, omnes  
 8. 3. Visitat angellos; fistit juvenesque senesque  
 Judicibus; rigido multatos carcere durum  
 Mittit in exilium; vel sævâ morte minatur,  
 Mœnibus ejectos concordia firma fideles  
 Spiritui sancto conjungit fœdere; nullus  
 Deserit obsequium fidei; sub robore Coeli  
 Stant, velut insanis cautes obnoxia ventis:  
 Intrepidi sua sacra docent prope mœnia; nullus  
 A facie trepidat furiosæ Jezabel: adsunt,  
 Nec timidi quærunt habitata leonibus antra,  
 Vel juga Carmeli, sed, despiciendo profana, (tem,  
 Exemplo Stephani, pulchram per vulnera mor-  
 Prodigiiis quoscunq; juvant, morbisq; medentur  
 Immedicabilibus. Stupet imperiosus Averni  
 Despota per miseros homines sua robora frangi,  
 Et fremit in vanum, quod territa nomine Iesu  
 Arripiant mala spectra fugam. Sic inter acerbos  
 Martyrii fluctus Ecclesia pressa triumphat,  
 Ite Dei famuli! Divini semina verbi

Ulte-

Ulteriore gradu per plures spargite campos:  
 Et Samaritani cupiunt sacra nostra doceri.  
 Ite suo magnam facturi tempore messem!  
 Cœtus Apostolicus Solymis, licet horrida regnet <sup>AA.</sup>  
 Tempeftas illic, firmâ statione refedit: <sup>8. 1.</sup>  
 Ad Samaritanos solus sua castra Philippus <sup>AA.</sup>  
 Promovet, & magnâ debellat strage superbum <sup>8. 5.</sup>  
 Imperium mortis, dum Iesum prædicat: omnes  
 Accurrunt cives auditum verba Philippi.  
 Ille Prophetias de Salvatore, venusto  
 Explicat eloquio turbis, & monstrat apertè,  
 Omnes in Christum, quem nunc annuntiet urbi,  
 Conspirare: stupent cives palpabile verum,  
 Cùmque probarentur multis oracula signis,  
 Tota catervatim Baptismi fonte lavanda  
 Urbs accurrit: ovât tam largâ messe Philippus,  
 Primatîque Petro Solymis hæc lucra laborum  
 Notificat; totum recreabant nuntia Cœlum.  
 Vixque reversus erat de littore Phœbus Eoo,  
 Ad Samaritanos Petrus comitante Ioanne <sup>AA.</sup>  
 Progreditur: digno Primatis honore receptus <sup>8. 14.</sup>  
 Hos neo-conversos Paracleti robore munit.  
 Hæc arcana Dei Simon magus aspicit, author  
 Famofus vitii, vulgò *Simonia* dicti;  
 Oblatôque rogat Primatem munere largo,  
 Ut sibi concedat, Divina Charismata posse  
 Impertire. Petrus zeloso flammeus igne,  
 Quid, malefane, putas pretio Cœlestia vendi?  
 Respondet; procul hinc Simon! expunximus albo  
 Te Neo-natorum Christi Bona verba reponit,  
 Imploratque Petrum Simon, si crimen adesset,  
 Ut pro se Superos oret: sed Petrus iniqui  
 Interiora videns, solito comitatus Achate

Tunc

Tunc Hierosolymam relegit vestigia ; nostris  
 Quæ sibi contigerant Samariæ, cuncta recensens  
 Unanimes gaudent omnes , post nubila Phœbum  
 Illuxisse sibi. Per totam sumpsit Idumen  
 Incrementa Fides ; monitis urbs excitat urbem  
 Lucis ad accessum. Samariæ Mystra Philippus  
 Angelico jussu monitus , tantisper ab urbe ,  
 Ut juvet Æthiopem Scripturæ verba legentem,  
 Discedit ; visuque sagax per compita fertur ,  
 A. A. 8. 26. Quæ Solymis Gazam ducunt : videt eminùs inter  
 Pulveris excussi nebulas volitare per arva  
 Quadrijugem currum ; paulatim lentiùs ibant  
 Quadrupedes, cursu lassì : quem rheda vehebat  
 Maximus in celebri Reginae Candacis Aula  
 Thesauri Præfectus erat , gratusque minister.  
 Is dum conspiceret propiùs venisse Philippum,  
 Egregiùmque sacris ex moribus esse notaret,  
 Suscipit in currum ; junctum sibi comiter orat  
 Esajæ recitans præsentia verba , petitque (no  
 Scire, quid insinuent? quis sit, quem comparat ag-  
 Quémque putet tali moriturum sorte Prophetæ  
 Hic Samaritanus Præsul non defuit ori;  
 Sed quanto potuit verborum pondere pandit  
 Scripturæ seriem, Vatum præfagia, textus  
 Psalmorum, Christi vitam, miracula, mortem;  
 Et quòd post mortem verè redivivus, amicis  
 His apparuerit, quos antè recepit alumnos ;  
 Quòdque super Cælos, his aspicientibus, inter  
 Angelicos Proceres fulgens ascenderit. Addit,  
 Quòd soli Christum sincero corde professi,  
 Nec non Baptismi Diæ virtute renati,  
 Millibus exclusis, possint sperare salutem.  
 Eunuchus discretus erat, docilisque ; Philippo,  
 Sum

Sum convictus, ait, cur amplius ergò morabor?  
 Ecce penès fluvium vehimur; me, quæso, peten-  
 Ablue Baptismo. Si credis, Apostolus inquit: (tem  
 Credo revelatis! credo, quòd Filius almi  
 Excelsique Dei sit Jesus Christus, anhelò  
 Respondet gemitu veri zelofus amator.  
 Exsiliunt curru; positis quoque vestibus ambo  
 Ingrediuntur aquam; præmittit vota Philippus,  
 Æthiopémque sacro Baptismi fonte dealbat.  
 Vix completus erat sacri Baptismatis actus,  
 Ecce repentinus submissus ab Æthere turbo  
 Tollit Apostolicum per inania celsa Magistrum:  
 Quem neo-conversus sequitur clamore; sed uno  
 Ex oculis tanquam fulmen subducitur ictu.  
 Prodigiosa stupet secúmque recogitat altâ  
 Mente vir Eunuchus, qualis sibi gratia Cœli  
 Obtigerit! læto vertens ad sidera vultum  
 Corde, reascendit currum, vehiturque citatis  
 Passibus in patriam; fati miracula narrat  
 Regina; multisque modis sacra verba Philippi  
 Extollit. Putat Aula fide majora referri:  
 Attamen Eunuchi prudentia sustulit omnem  
 Ambigui causam; dispersaque fama per omnes  
 Æthiopum terras Fidei fundamina ponit.  
 Hæc, quòd in acceptis referant sua sacra Philippo  
 Æthiopes, ratio est; quorum pars magna fidei  
 Fervet in obsequio Christi, magnoque rigore  
 Quæ docuit sequitur. Nos (quod reor esse dolen-  
 Inter & Æthiopes, Mahometis sæva tyrannis (dum)  
 Mutua dissociat, Fideique negotia tollit.  
 Aspicias hæc Æther, sed quanto tempore? fini  
 Impietatis opus, veterésque recollige fructus.

POE-

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
INDUCTIO SEPTIMA.

ACT. APOSTOLOR. CAP. 9.

**S**aulus autem adhuc spirans minarum & cædis in Discipulos Domini, accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascum ad Synagogas, ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, victos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de Cælo. Et cadens in terram, audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris? &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus acerrimum Christiana fidei persecutorem Saulum in Apostolum & vas electionis miraculose convertit: & Tabitham eximie devotam mulierem, à mortuis per Primatem Apostolorum Simonem Petrum, inter alia prodigia, resuscitat.

**A**ntè dealbatum sacrâ Baptismatis undâ (pura)  
Vidimus Æthiopem, raptumq; per alta Philippo  
Sed modò, quò fuerit translatus Apostolus, ordo  
Indagare jubet. Lucâ referente, docemur,  
Aa. 8. 40. Hunc mox Azoti post ecstasin esse repertum;  
Unde vagabundo per quælibet oppida cursu,  
Assiduus Doctõr Fidei sacra semina sparsit.  
Excoluit populum; solvit languoribus ægros;  
Orci spurcitas pepulit; talique labore  
Immensos fructus collegit in horrea Christi.  
Quantis proficiunt augmentis lucra salutis,  
Tantis obsistit Saulus conatibus, ardens  
Aa. 9. 1. Igne furoris, agit licetorem; vincula, mortem,  
Exiliùmque parat: non est contentus in urbe  
Afflixisse pios; sed cum bona nuntia ferrent,  
Quòd miro applausu totam percurrat Idumen  
Christiadum proscripta Fides, excanduit irâ,  
Pon-

Pontificésque rogat, sibi per diplomata mandent,  
 Ut profugos possit peregrè turbare fideles.  
 Hac igitur Saulus munitus lege, Damascum  
 Cum sociis properat; sed visis mœnibus urbis  
 Ecce! coruscanti lux Cœlica fulgure Saulum  
 Armigero deturbat equo: Synagogicus heros  
 Palpitat in fabulo; circumstat lucida nubes;  
 Magna per accensum vox detonat aëra: Saule,  
 Quid me persequeris? durum tibi crede profectò,  
 Si contra stimulum vano pes calcitret ausu;  
 Ille stupens dixit: Quis me compellat? eidem  
 Vox eadem replicat: Jesus de Nazareth, ipse  
 Quem tu persequeris. Duplo terrore repletus  
 Saulus ait Domino tremebundâ voce: Quid ergò,  
 O Domine, incipiam? jubeas, mihi quid sit agen-  
 Respondet Dominus pacatâ voce: Damascum (dum  
 Ingrediaris; ibi disces, quid restet agendum.  
 At Sauli comites nubes ardere, per arva  
 Quadrupedem Saulo vacuum volitare, virumque  
 Luctari in fabulo cernunt; pavidique sonoram  
 Nubibus emissam vocem, sed nemine viso,  
 Auribus excipiunt: animo redeunte, jacentem  
 Accedunt propiùs; vivum tremulumque levantes  
 Restituunt pedibus; sed visum fulguris ictu  
 Amisisse dolent, ducunt per compita cæcum.  
 Mœnibus inducto, potu dapibusque mederi  
 Quærunt; sed Saulus renuens oblata, nec ulla,  
 Tres Phœbo vertente dies, desiderat escas:  
 Quippe soporatus super impia facta remorsus  
 Usque recrudescit. Dolor implacabilis unum  
 Objicit ex multis Stephanum; sub imagine somni  
 Aspicit ejectos Solymæa ex urbe fideles;  
 Et quantos contra Christum sufflaverit ignes.

Hinc

Hinc mittit fursum suspiria mille, rogando,  
In visu promissa sibi mandata ferantur.

44.9. Vir probus & sapiens, Ananias dictus, in urbe  
10. Christiadum sacris præerat, cui iussa dabantur  
Cœlitus, ut Saulum Tarsensem visitet: ille  
Exponit Domino: Retulit mihi publica fama,  
Hunc ardere virum contra quoscunque fideles;  
Jamq; tuos Sanctos Solymam perducere victos  
Advenisse ferunt. Sunt hæc mihi nota, reponit  
Salvator, sed scire decet, quod verterit Æther  
Hanc rerum faciem; conversum nuntio Saulum  
Tum quid contigerit Saulo veniente Damascum  
Fufius exponit: tandem subjungit, eundem  
Vas fore præ reliquis electum, munere dignum  
Sortis Apostolicæ, qui per vastissima Mundi  
Climata succendat lucem; sed quanta vicissim  
Ferre virum deceat pro me discrimina, quondam  
Experietur. Abi, sanæque; diutius ægro  
subtraxisse manum, vel neglexisse, cavebis  
Certè nemo bonus, nisi quem tua dextera, Iesus  
Traxerit! ecce trahi cupio, citò furrige lapsum  
Ex scelerum sabulo; da cæco lumina; redde  
Primævum misero languenti, ah! redde vigorem  
Obsequitur jussis Ananias; cùmque precantem  
Cerneret, impositis palmis in vertice Sauli,  
Frater Saule, inquit, Dominus me misit Iesus,  
Quem nuper medio proficiscens calle, coruscum  
Lumine conspicuum vidisti; jussit, ut ægro  
Restituam visum, sanumque fidelibus addam.  
Dixit; & ex oculis excussa repente cadebat  
In terram squamosa cutis, visusque redibat  
Corporis ac animæ. Saulus modò Paulus, amor  
In Christum plenus gaudet, rogatque ministrum

O vir sancte Dei, Baptismi fonte repurga  
 Hanc vitii animam, cupidumque fidelibus adde.  
 His ita finitis, escâ potuque relictus  
 Confidit Domino; socioque labore, Damasci <sup>AA.</sup>  
 Fusè de verâ Christi Deitate perorat. <sup>9. 20.</sup>  
 Sic fuit urbs, Stygii pro belli lecta teatro,  
 Facta cathedra Dei; Legis zelator avitæ,  
 Lege novâ factus Christi bellator; Averni  
 Vas reprobum, subito fidei fit vas & honoris.  
 Hæc metamorphosis prunas sub pectore condit;  
 Non tamen extinguit: siquidem Synagoga Da-  
 Indignata nimis, sub furva nube struebat (masci  
 Infidias Paulo; quas auxit zelus & ardor, <sup>AA.</sup>  
 Quo neo-conversus studuit convertere cives. <sup>9. 23.</sup>  
 Paule Damascenos, moneo, dimitte penates,  
 Ne te submoveat nobis fraus aucta, priusquam  
 Gentibus apportes Divini lumina verbi.  
 Incipe pro Christo probra, detrimenta, dolores,  
 Exiliûmque pati. Bene habet! de nocte paratur  
 Effugium; emissus sportâ de mœnibus urbis  
 Pergebat Solymam, Petro sistendus; & ecce  
 Contigit, ut cecini; per multa pericula Paulus  
 Elapsus, Solymæ sacro fervore requirit <sup>AA.</sup>  
 Discipulis jungi; metuunt hi, fortè sub herba <sup>9. 26.</sup>  
 Ne lateat serpens: tunc Paulus Barnaban orat,  
 Hicque recensendo Pauli nova fata, fidelem  
 Discipulum Christi pronuntiat ore disertio.  
 Tum capit amplexus Petri, dignatur honore  
 Fratris; Apostolico decoratus munere, eodem  
 Utitur intrepidè, gentiles instruit, atque  
 Convincit Græcos: sed pro mercede laborum  
 Postremò gens plena dolis jugulare Magistrum  
 Nequiter instabant, Nunquid, mi Paule, palæstram

V.

In-

Ingressus Christi multum tolerare tenetur,  
 Argolicis diffide viris; sub cuspide virus maseu  
 Fert nepa mortiferum: Solymam velut antè De  
 Desere, & in patriam regione Cilisside Tarfun  
 Missus, inexpletos poteris finire labores.  
 Dum Tarfi tractat Divina negotia Paulus,  
 Pace fruebatur jactata Ecclesia Christi:  
 Quam Petrus, ut primi Pastoris jura requirunt,  
 Debilis atque senex Hebræa per oppida currens  
 Visitat; & Lyddam veniens, cognoscit adesse  
 Bis quater annorum revolutis messibus ægram  
 Accedit, multisque videt cruciatibus ustum,  
 Dira arthritis enim miseris contraxerat artus,  
 Huic ait: Ænea, Dominus te sanat Iesus;  
 Illicò surge, tuo sanus descende grabato!  
 Æneas gravibus verbis obtemperat; artus  
 Invenit esse leves, pulsus cessasse dolorem;  
 Surgit, & exultat: miratur Lydda, Saronam,  
 Et plures populi: sacro quoque fonte lavantur  
 Urbs Ioppenensis erat Lyddæ vicina; suoque  
 Hanc complexa sinu, plures sacra nostra professio  
 Sustentabat: iis pia Dorcas sive Tabitha,  
 Fœmina virtutis, sacris fidissima nostris,  
 Auxilio præerat; sed cum sit abyssus opaca  
 Judicium Domini; Dorcas largissima mater  
 Labitur in morbum, cujus vehementia tandem  
 Impletam meritis expellit corpore vitam.  
 Concurrunt inopes, ô! lamentantur, amica  
 Paupertatis abis? dilecta revertere, clamant!  
 Quis nos depressos, escâ potuque carentes,  
 Vestibus orbatos, curâ meliore juvabit?  
 Hoc inopum planctu, præcordia mota virorum,  
 Qui sacra curabant, mittunt sua nuntia Lyddam.

Expo-

Expositum Petro , rapidæ cecidisse Tabitham  
 In mortis prædam ; finem nescire dolorum  
 Afflictos inopes , gemitusque ciere perennes;  
 Orant , ne misero solatia sancta popello  
 Ferre gravaretur. Petri clementia nescit  
 Pauperibus renuisse manum:comitatus in urbem,  
 Inque domum ductus defunctæ , mandat abire  
 Præsentes ; post hæc positis prope funeris arcam  
 In terram genibus , duplicat suspiria ; demum  
 Dorcada compellans inclamat : Surge Tabitha!  
 Hæc oculos aperit , caput elevat , exerit ambas  
 Ad Petrum resupina manus , erecta resurgit,  
 Redditur afflictis : gaudendi copia toti  
 Accrescit populo. Joppenses signa videtis  
 Tam manifesta ! moras cur necitatis amplius, almo  
 Fonte dealbari ? video concurrere plures:  
 Sed cur non omnes ? fati cognoscite causam:  
 Spiritui sancto , sinè quo subsistere Christi  
 Gratia nulla potest , durato corde resistunt.  
 Præses Apostolici cœtus ostendit , eundem  
 Esse Redemptorem Iesum , qui jura resolvit  
 Mortis , & extinctæ reddit spiracula vitæ.  
 Enceladi Stygii congesta potentia nescit  
 Mortalem porco jugulato reddere vitam.  
 Fons animæ Deus est; quæcunque creata videmus,  
 Per Dominum spirant; illis dum subtrahit auram,  
 In nihilum recidunt ; si verò classica vitæ  
 Intonuit , reduces veniunt in corpora manes.  
 Hoc suprema dies flammis grassata per Orbem  
 Monstrabit , quando ruptâ tellure sepulchra  
 Effundent gremio , quidquid spiraverat antè.  
 Si cupis à primâ nascentis origine Mundi,  
 Et quâ Terra patet , quâ Sol utrumque recursum

Aspicit Oceanum , populos censere ; profecto  
 Calculus hic hominum dabit innumerabile vulgus  
 Qui tamen ad binas , *Defuncti surgite* , voces  
 Exhibunt oculis ; & eâdem carne relecti,  
 Inter inauditos Cœli Terræque fragores  
 Iudicis obtutum pavidi lætæ subibunt.  
 Ad te convertor , viduarum Dorcas alumna ;  
 Promeritis bene digna tuis encomia tumbæ  
 Inscribe : Jacet hic inopum Patrona , viator,  
 Dorcas , nata semel , bis mortua ; vivitur illi  
 In Cœlis ætas modò tertia : quando reposeet  
 Ex hoc sarcophago cineres tuba magna , beatæ  
 Iungendos animæ , toti narrabitur Orbi,  
 Hanc in pauperibus Christum pavisse. Memento  
 Plurima lucrari , magnosque reponere quæstus,  
 Qui saturant inopes ; pressisque , favoribus adsunt.  
 Nos qui suppressimur , pia Dorcas , mole malorum  
 Ut Superos flectas in nostra petita , rogamus.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO OCTAVA.

ACT. APOSTOLOR. CAP. IO.

**V**ir autem quidam erat in Casarea , nomine Cornelius,  
 Centurio cohortis , quæ dicitur Italica , religiosus et  
 timens Deum. . . . Is vidit in visu manifestè , quasi horâ die  
 nonâ , Angelum Dei introeuntem ad se , & dicentem sibi  
 Corneli. . . . orationes , & eleemosynæ tuæ ascenderunt in  
 memoriam in conspectu Dei ; & nunc mitte viros in Joppam  
 & accersi Simonem. &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus est Salvator noster Jesus Christus per Angelum instruit  
 Cornelium , ut Petrum Primate[m] Apostolorum ad se Casaream  
 invitet ; simulque ostendit Petro , non esse abstinendum à com-  
 muni , neque à conversatione gentilium : denique Paulum ad  
 eiochiam ad predicandum evocat.

Stre-

**S**trenuus Italica dux Præfectusque cohortis, <sup>Act. 10</sup>  
 Integritatis homo magnæ, Cornelius almâ <sup>1.</sup>  
 Cæsarreensi\* degebat Præses in urbe:  
 Non erat Hebræus; nec inania sacra Deorum,  
 Sed verum vivumque Deum, qui solus & unus  
 Regnat in æternum, solidâ pietate colebat.  
 Hic cum more suo strepitu semotus ab omni,  
 Submissis genibus, Superos in vota vocaret,  
 Missus ab Ætherea Divinus nuntius arce  
 Astitit oranti: niveo fulgore coruscum  
 Aspicit attonitus; positoque timore, requirit,  
 Quæ mandata ferat? respondet nuntius: Ante  
 Excelsi solium comparuit optimus ille  
 Affectus, qui te succurrere movit egenis;  
 Orandique frequens studium, quo nocte dièque  
 Sollicitas Superos, Dominum permovet, ut ad te  
 Me de Cœlesti Genium transmitteret Aulâ,  
 Notificare tibi, Ioppes subsistere Petrum,  
 Quem fovet hospitio Simon coriarius, Alti  
 Accola: non differ per nuntia missa benignum  
 Accersire senem; veniet tibi dogmata vitæ  
 Allaturus, Iis patefactis; candidus instar  
 Fulminis, æthereas Genius disparet in auras,  
 Accensus zelo fidei Cornelius almæ,  
 Ex famulis binos legat, quibus insuper addit  
 Armigerum quendam, Dominoque, sibiq; fidelem;  
 Ut festinantes abeant ad mœnia Joppes,  
 Inquirantque domum Petri, referantque reperto  
 Singula, quæ Dominus modò per sacra nuntia Cœli  
 Explicuisset ei; magnisque rogatibus instent,  
 Ut Cæsaream secum Cornelii ad ædes

V 3

Ne

\* Epenthes. lit. r.

Ne dedignetur comitari, & tendere dextram.  
 Illi abeunt, properantque citi: sed euntibus illis  
 Ecstatico raptu (si gentes fortè rogarent  
<sup>ad. 10</sup> Fratribus adjungi, quæ sint facienda) docetur  
<sup>10.</sup> Abreptus Petrus: siquidem prægrandis ab alto  
 Cornibus extremis oblongo fune ligatis,  
 Mappa ter ad Petri visum demissa, tenebat (nora  
 Quadrupedum, volucrumq; genus quodcumq; so-  
 Vox mappam comitata, Petro mandat, ut inde  
 Pro dapibus capiat, quæ sint placitura palato:  
 Petrus in excessu replicat, se lege teneri,  
 Declinare, quod est commune; sed arguit illum  
 Vox eadem, pariterque vetat communia dici,  
 Purificante Deo satis emundata. Reversus  
 Ad se Petrus avet, quid visio denotet illa,  
 Quidve jubere velit, claro cognoscere sensu.  
 Hæsitat in dubio: sed sanctus Spiritus illi  
 Explicat ostenti sensum, & Cornelii adesse  
 Significat famulos; quorum deferre petito  
 Imperat: hos igitur pulsantes ostia, Petrus  
 Comiter exceptos, dictâ acceptâque salute,  
 Ducit in hospitium; lassosque labore viarum  
 Procurat refici. Dapium virtute refecti  
 Fufius exponunt commissa negotia; vota  
 Subjungunt dominiq; preces, ut Petrus ad urbem  
 Cæsaris appropere velit, dominumque juvare.  
 Petrus inardescens animarum lucra mereri,  
 Se comitaturum, quamprimùm crastinus undis  
 Exierit Titan, radiisque retexerit Orbem,  
 Promittit famulis: qui lati, verba salutis  
 Ex Doctore pio, spatio pendente diei,  
 Accipiunt; tandem subducto Sole reclinant  
 Artus in dulcem, Petro mandante, quietem.  
 Vixque

Vixque secuta dies pelago surgebat, & astra  
 Undique vicinum fugiebant pallida Phœbum;  
 Sex legit ex numero fratrum Joppenſium, in ur-  
 Cafaris ut ſecum feſtinis greſſibus irent. (hem  
 Exſiliunt lecto prompti, tunicisque reſumptis  
 Aggrediuntur iter. Felici fidere nati,  
 Qui Cæſarream ſacrâ comitante catervâ  
 Reppetitis! vobis illuxit euntibus almi  
 Sol Evangelii; pretioſa occaſio! Petrus  
 Et fidi comites, uno conamine, Chriſto  
 Fidere commendant; exponunt dogmata; firmant  
 Ambiguos, & iter felici fine coronant.  
 Cum Petro ſocii veniunt Cornelii ad ædes  
 In Cæſarreâ; qui Cælo filius, eodem,  
 Nefcio quàm magnâ cordis bonitate, receptos  
 Pronus adorabat: Petrus tellure levatum,  
 Qui ſoli veroque Deo debetur, honorem  
 Puro homini deferre vetat; ſeſeque fatetur  
 Mortalem ſervumque Dei; veniſſe libenter,  
 Suppeditaturum lumen Cæleſte petenti.  
 Taliter exceptum Petrum ſociosque benignus  
 Centurio patulis trahit in cœnacula valvis,  
 Oſtenditque manu, multo conamine multos  
 Exambire viros Cæleſtia ſacra doceri.  
 Circumagit Simon oculos, cœtümque decorâ,  
 Factus in exemplum reliquis, gravitate ſalutat;  
 Subjungitque ſtatim: Video non eſſe repulſas  
 A Superis gentes; video quoscumque fideles  
 Juſtitiaſ ſervos, Domini quoque juſſa timentes,  
 Sint quicumque velint, æternùm poſſe beari.  
 Novimus ut teſtes, quòd Chriſtus verus & unus  
 Filius Excelfi, noſtrâ ſub imagine, ſacro  
 Per plures annos homines inſtruxerit ore.

Vidimus ejectionis ejus virtute malorum  
 Spirituum larvas; reduces in corpora manes  
 Pulsâque morborum mala desperata: sed illis  
 Omnibus explosis urfit Synagoga supremum  
 Hunc benefactorem, quasi magnâ mole reatu  
 Infamem mortisque reum, crucifigere: verum  
 Hunc Deus everso fatorum jure, diebus  
 Vix tribus elapsis vivum prodire sepulchro  
 Jussit, & ostendit nobis magnalia Cœli.  
 Vidimus ut testes; postquam surrexit, eidem  
 Sapius adfuius fructi potuque ciboque:  
 Munus Apostolicum suscepimus, ire per Orbem  
 Hæc arcana Dei populis proponere jussi.  
 Judicat hic vivos, defunctos judicat idem;  
 Est Deus, est Dominus; cunctorum scimus in illo  
 Verba Prophetarum modò verificata reperi.  
 Convertit stupefacta domus Cornelii ad unum,  
 Mira perorantem, Petrum sua lumina; dumque  
 Pergit in incepto verbi fervore, beato  
 Numinis afflatu, quidquid convenerat, ardet:  
 Quodq; stupescendum; linguarum munere pleni  
 Discipulis Christi similes, Divina loquuntur.  
 Hæc insueta pio Simon miratus amore,  
 Judicat, astantes Baptismo posse lavari:  
 Accurrunt avidi, renovantur fonte salutis;  
 Inque sinu Domini pacato corde quiescunt.  
 Excellens bonitas, quæ parva negotia tanto  
 Fœnore compensat! frustillum panis, & unam  
 Vilis aquæ poscæm Deus æquiparavit Olympo.  
 Hæc miranda sacræ fidei promotio magnum  
 Auxit in ardentis Primatis pectore zelum.  
 Ecce, sibi loquitur, Joppensis visio gentes  
 In fidei gremium conscribi posse revelat.

Sit licet adversus Christum Synagoga rebellis;  
 Defectum gentes reparant: patet orbita Mundi;  
 Hanc meus ex Tarso, populorum buccina, Paulus  
 Mirifico, quacunquè patet, clangore replebit.  
 Conversi Divum meditantem talia Petrum  
 Invitant epulis; junctisque rogatibus orant,  
 Ut pro communi fratrum solamine, saltèm  
 Ad tempus residere velit, secumque manere  
 Hic Cæsareæ: sociis alimenta deesse  
 Se non passuros. Petrus, quem visio tutum  
 Fecerat, accumbit mensæ, defertque rogatis.  
 Interea rumor, Petrum convertere gentes,  
 Defertur Solymam; mirantur nuntia fratres,  
 Zelotypi pro Lege Patrum, falsoque putantes,  
 Inacidas solos ad Christi regna vocari:  
 Econtra reliqui, quòd testificante Magistro  
 Lux Evangelii sit cunctis gentibus orta,  
 Urgent; & dubii super hoc problemate certant.  
 Displicere Petro fratrum certamina, justè  
 Schisma pavescenti; nam diffidentia, talis  
 Dissidii genuina soror, disjungit amicos.  
 Hinc Solymam versus citior vestigia vertit,  
 Ambiguosque super dicto problemate, claro  
 Instruit eloquio, speciatim, qualia Joppes  
 Contigerint ostenta sibi; quid jusserit Æther:  
 His quoque subnectit Christi mandata, jubentis  
 Omnes, in toto per climata quælibet Orbe,  
 Esse creaturas fidei documenta docendas.  
 Adjiciunt dictis animum, referente stupenda  
 Veriloquo Primate Petro; junctique vicissim  
 Unanimésque simul deponunt jurgia fratres.  
 Sic quandoque pios, interludente maligno  
 Dæmone, disjungit quædam contentio: sanctus

A. 10  
48.A. 11  
1.

Spiritus è contrà Fidei protector, eosdem  
Pace reunitos, æterno fœdere jungit.

- Act. 11  
25. Barnaba, adi Tarsum! Paulo data jussa Damasci  
A Christo Domino, modò confirmata, requirunt  
Omnigenas gentes tenebris educere. Paule,  
Vox Evangelii refona! vox alma tubarum,  
Clange per extremos Terræ mariúmque recessus!  
Clange, patere domum Domini: celer instrue gen-  
Morte Redemptoris referata palatia Cœli (tes  
Omnibus accessum populis tribuisse. Venite  
Innumerae gentes! vobis per vulnera Christi,  
Pérque fidem veram patet alma perennis Olympi  
Janua: non obstant commissa piacula; totus  
Sub sacris Christi pedibus languescit Avernus.  
Barnaban à Tarso comitatur Paulus amicus,  
Electum Domini Vas; Antiochena reclangit  
His animata tubis Ecclesia: pergite zelo,  
Quem Deus in vestris accendit cordibus, illam  
Ædificare domum, quam nulla potentia Mundi,  
Nulla reclamantis rabies subvertit Averni.  
Antiochenus ager Christi bene cultus aratro,  
Innumeros retulit fructus; primisque fideli  
Attribuit populo nomen venerabile, sumptum  
A nostræ fidei supremo vertice Christo,  
Christiadae; titulus, qui nos regaliter ornat.  
Prædicat interea Divini ex Numinis aura  
Act. 11  
28. Vaticinans Agabus, quòd regnatura per Orbem  
Mortis alumna fames, dum nullos arida tellus  
In segetes culmos patietur crescere, multas  
Affliget gentes, agros cumulando sepulchris.  
Non finit hæc tacito sepeliri pectore larga,  
In socios inopes flagrans, dilectio Pauli;  
Sed confortat eos, qui multis rebus abundant,

Ut pressis adsint, & alant in paupere Christum.  
 Hi quoque morigeri, dant sufficientia charo,  
 Ut juvet ex illis inopes, munuscula Paulo.

POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO NONA.

S. MARCUS CAP. 16.

**E**untes in Mundum universum, prædicate Evangelium omni  
 creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus  
 erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem  
 eos, qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo  
 Dæmonia ejicient; linguis loquentur novis; serpentes tol-  
 lent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: su-  
 per ægros manus imponent, & benè habebunt. &c.

SYNOPSIS.

**D**ominus & Salvator noster Iesus Christus mandat Apostolis  
 suis, à Spiritu sancto corroboratis, ut dispersi per univer-  
 sum terrarum Orbem Evangelium omni creatura prædicando an-  
 nuntient, & pluribus prodigiorum signis prædicationem suam  
 ubique confirmant.

**P**rodigiosa quidem dederat conversio Pauli  
 Pacem Christicolis aliquantam; pessimò au-  
 Vix degustatam duplicatâ grandine turbo(tem  
 Temperiem rupit; violentus namque Tyrannus,  
 Rex vafer Herodes, populi captando favores, A&. 12  
 Truncavit gladio Boanergis colla Iacobi; I.  
 Simonémque Petrum tenebrofi carceris antro  
 Inclusum, statuit, finito Paschate sævis  
 Macidûm dirè cruciandum tradere turbis.  
 Consternata gemit super his Ecclesia damnis;  
 Continuisque Deum precibus, votisque fatigat,  
 Ut quem constituit Primatem Christus, eundem  
 Pro converforum communi pace, draconum  
 Unguibus eripiat. Deus annuit: abditus undas

Phœ

Phœbus in Hesperias, tenebris involverat Orbes  
 Dum per custodum turmas facer Angelus at  
 Educit Petrum Primatem carceris antro.  
 Progreditur Simon, & pulsat ad ostia Marcii.  
 Ecce puella Rhode procurrat ad ostia, quærens  
 Quis portam feriat mediæ sub tempore noctis  
 Responsoque dato, cognoscit fœmina vocem  
 Simonis Petri; redit exhilarata, priusquam  
 Exciperet profugum foribus, placitura relatum  
 Nuntia Discipulis, ibi pro Simone supremam  
 Auxilium Domini simul implorantibus: illi  
 Insanire Rhoden, ajunt; nisi forsitan esset  
 Angelicus Petri custos: sed denique, pulsum  
 Continuante Petro, currunt, referantque penates,  
 Primatemque suum magnâ dulcedine cordis  
 Conspiciunt astare sibi. Confratribus ille  
 Prodigii seriem, meritas referendo benignis  
 Cœlitibus grates pro libertate, recenset;  
 Et petit, ut referant hæc admiranda Jacobo,  
 Ac reliquis fidei sociis; jussisque valere,  
 Barbariem populi subterfugiendo, recedit.  
 Sit tua, mi frater Christi livore redempte,  
 Vita dolorifico circumvallata labore;  
 Nè perdas animum; nam tempestate remota  
 Exquisita tibi donabitur hora salutis.  
 Nunquid Simoni mortis discrimine cincto  
 Opportunus adest bonus auxiliator? eumque  
 Compedibus fractis ex mæsto carcere ducit? (la  
 Act. 13<sup>2</sup> Sed quid, Paule, tibi, quid, Barnaba amande, reve  
 2. Spiritus Excelsi? discedere mandat utrumque  
 Mœnibus Antiochi, populisque accendere lucem.  
 Ite bonis avibus, gravium par dulce virorum  
 Inque, ministerium vobis assumite Marcum.

Insula cæruleo Cyprus circumflua ponto  
 Addictam Veneri Paphiam complectitur urbem.  
 Hic Proconsul erat, cui nomen Sergius, ille  
 Audit adesse viros, populum nova sacra docentes,  
 Quos audire flagrat; sed pseudopropheta scelestus  
 Obstipuit his Elymas magicâ celeberrimus arte:  
 Ast oblatrantem Divini fulmine verbi  
 Paulus percutiens, maledicto lumen utrumque  
 Involvit tenebris, iussitque recedere cæcum.  
 Quæ portenta videns, Baptismi fonte lavari  
 Sergius à Paulo desiderat; hocque renato, A. 9.  
 Paulus cum sociis Paphio de littore solvit. 13. 13.  
 Inde celer peragrat Pamphyliæ oppida terræ,  
 Innumerâsque animas Pisidarum in gente fideles  
 Lucrifacit: sed ubique graves à gente malignâ  
 Pro mercede boni studii gustare dolores  
 Cogitur; hic virgas, lapides ibi sustinet: omnis  
 Vita merus labor est, dolor, & tribulatio cordis.  
 Sed licet obstant sparsi per regna scelesti,  
 Et fatagant populis exosum reddere Paulum;  
 Ille tamen pergit solito clangore tubarum  
 Innumeras gentes sub Christi signa vocare.  
 Ivit ad Emathios; celebrésque revisit Athenas; A. 16  
 Et docuit doctos, quis sit novus ille Deorum & 17.  
 Ignotus Danais, pro quo construxerat aras  
 Græcia. Sermonem pauli mirantur Athenæ;  
 Gemmâque Doctorum Dionysius ipse loquentem  
 Suscipiens Paulum, Damaris domicella supremi  
 Nominis, & plures Christi vexilla sequuntur. A. 18.  
 Post tantos fructus decernit adire Corinthum. 18. 1.  
 Paulus; ibique manet ter senis mensibus inter  
 Consortes fidei: quod suppeditabat iniquo  
 Pabula livori: nam gens Hebræa fidelem

Ne-

- AÆ. Nequiter accusant coram Proconsule Paulum;  
 18.12. Sed doctus Præses, cui nomen Gallio, torpet  
 Auditis Pauli replicis decidere causam.  
 post loca plura dein, consuetos inter Achates,  
 AÆ. paulus ad illustres Ephesinos transit, ibique  
 19. 1. Plurima signa patrat: sudaria, cingula, veste  
 AÆ. Ægros sanabant, expellebantque malignas  
 19.12. Spirituum faeces. Scevæ \* septena propago,  
 Hæc imitaturi, Paulino more jubebant  
 Emigrare foras, per Jesu nomen, Averni  
 Spectra; sed illa viris levibus parere recusant.  
 Se novisse quidem Jesum Paulumque, fatentur  
 Hos exorcistas verò nescire: statimque  
 In faciem barbamque volant, rapiuntque capillos  
 Ut plagis laceri vix elabantur: ubique  
 Hi manifestantur casus, magnamque timorem  
 Gentibus injiciunt; Divinum nomen, *Jesus*,  
 In cellâ statione locat pia turba deinceps.  
 Paulus ad Hesperios excurrere destinat agros.  
 AÆ. Et Latios fines; ideò præmittit Erastum  
 19.22. Timotheumque viros insignes: ipse remansit  
 Sacra docens Ephesi cives paulisper; & ecce  
 Nescio quo fato, quidam argentarius urbem  
 Seditione movet; queritur, per dogmata Pauli  
 Immortale decus magnæ nutare Dianæ,  
 Et plures Asiæ regiones templa Deorum  
 Deseruisse; sibi (quod acerbo murmure plangit)  
 Dum simulacra cadunt, subduci lucra laborum  
 Ac alimenta rapi. Paulum, sedare tumultum  
 Proptereaque palam conscendere rostra parant  
 Magnates aliqui dubiis desistere cœptis (tem  
 Hortantur: siquidem modò solam quæreret audat  
 Vu  
 Pe  
 Fe  
 H  
 Ta  
 Tr  
 Tr  
 Ma  
 Tr  
 Ex  
 Ob  
 Eu  
 In  
 Cu  
 Fra  
 Nu  
 Inj  
 Pro  
 Co  
 Et  
 Fle  
 Mo  
 In  
 Ac  
 In  
 Qu  
 Co  
 Vo  
 Ac  
 Pe  
 Ad  
 Cæ  
 Hi  
 Vu

\* *Judæi sacerdotum Principis 7. filii.*

Vulgus, Aristarcho Gajoque in vincula missis,  
 Personam Pauli. Tandem mansuescere corda  
 Fecit Alexander, doctè pro pace perorans.  
 Hac igitur sævi positâ feritate tumultûs  
 Tarsensis Præco solitis comitatus amicis  
 Transfit ad Emathios & Græcos: inde reversus,  
 Troada pervenit, septémque diebus ibidem Act.  
 Mansit; ubi extremo, quo concludebat abire 20. 6.  
 Troade, producto sermone per ardua noctis,  
 Ex auditorum turba, nunc forte sopore  
 Obrutus, ex alto fractâ cervice ruebat  
 Eutyclus; hunc vitæ recedit, mirante catervâ.  
 Inde pari zelo loca per quàm plurima ductus,  
 Cum sociis veniens Miletum, flendo recenset Act.  
 Fratibus, urgeri se Cœli iussibus, ire 20. 6.  
 Nunc Hierosolymam; licèt haud ignoret, ibidem  
 Injicienda sibi funes & vincula; promptum  
 Pro Christo quæcunque pati, se velle deinceps  
 Consummare suum pro Christi nomine cursum.  
 Et nunc ecce scio, subjungit plenus amaro  
 Fletu, quòd faciem nostram non ampliùs inter  
 Mortales, sed me, Domino tribuente receptum Act.  
 In requiem vitæ, post fata videbitis. Ite, 20. 6.  
 Ac estote Deo fidi! post talia flexis  
 In terram genibus Superos orabat; & inde Act.  
 Qui circumstabant, lacrymis super ora volutis 20. 6.  
 Complectebantur flentem, flentésque supremâ Act.  
 Voce salutabant; comitésque ad littora facti,  
 Acclamant navem solventibus: Ite! valetè!  
 Per Mare Carpathium volitat resoluta biremis Act.  
 Ad Tyrios fratres; Ptolemaida; deniq; ad urbem 21. 3.  
 Cæsaream, multis populosam fratribus: uno  
 Hi conabantur molimine vertere mentem

Pau-

Pauli, ne Solymam contenderet ire; timendum  
 Ne pro tantorum Paulum mercede laborum  
 Indociles Scribæ curent in vincula mitti.  
 His Paulus replicat: Non solum carcere claudis  
 Sed quoque pro dulci desiderio nomine Jesu  
 Occidi; lassum vestris nolite querelis

A. 21.

21. 14.

Contristare virum! Solymam mens æstuat ire,  
 Quò tandem (nam cassa fuit dissuasio) toti  
 Gymnasio fratrum perquam gratissimus, una  
 Cum sociis venit; sed cum, sua vota solutum  
 Ad templum Domini tentasset adire, tumultus  
 Incipit horrifono, sicut tonat Ætna, fragore  
 Ejiciunt templo Paulum, raptantque, trahuntque  
 Et pugnis cadunt: popularis turbo Tribuni  
 Fertur ad auditum; qui denso milite cinctus  
 Injectum rapido cohibentia frena furori,  
 Protinus accurrit: Paulumque ex agmine raptum  
 Inducit castris; factoque examine, Paulo,  
 Ex gradibus tumidæ rationem reddere plebi,  
 Permittit. Verbo non proficiente, reduci  
 In sua castra jubet vinctum, cadique flagellis

A. 22.

22. 25.

At contra, insignem Romani Civis honore  
 Taliter affligi, Paulus probat esse nefandum:  
 Quæ replicata movent, rescindere jussa, Tribu

A. 23.

23. 23.

Detectis vafrae gentis conatibus illum (num  
 In Caesarream mittit; quò deinde secuti

A. 24.

24. 1.

Accusant Paulum coram Felice maligni:  
 Qui Syriae Praeses lucri spe ductus, eundem  
 Carcere conclusit. Dum bis vindemia gratis

A. 24.

24. 27.

Pro torculari calathos impleverat uvis,  
 Felici Festus successit Praeses; eundem,  
 Ut sibi restituat Paulum, Synagoga requirit:

A. 25.

25. 1.

Festus, inauditum Romanis Civibus esse,

Supplicio nondum convictum tradere, dicit.  
 Cúmque salutatum Rex ambitiosus Agrippa Aa.  
25.13.  
 In Cæsaream, pariter cum conjugē, Festum  
 Accessisset; avet Præses, dignetur adesse  
 Judició Pauli: vinctum miratur Agrippa,  
 Nulliusque reum sceleris transmittere Romam  
 Suadet. Eò Paulus terræque marique profectus, Aa.  
27.  
 Naufragium passus, Melites ad littora curva  
 Enatat incolumis: mordentis ab aspidis ictu  
 Hic manet illæsus: perlatus denique Romam,  
 Introductus ibi fidei sacra semina spargit. Aa.  
28.  
 Pergit, ad exemplum Petri Paulique, Joannes  
 Ad gentes Asiæ: Thomas quoque prædicat Indis,  
 Parthis, ac Medis; Phrygibusq; Scythisq; Philippus,  
 Andreásq; Scythis, Thracibusq; Getisq; & Achæis:  
 Bartholomæus adit scopulosa cacumina magnæ  
 Armeniæ: Matthæus amat subjungere Christo  
 Æthiopes; Persas Simon Judásque Thadæus,  
 Jacobo junctus conquirere flagrat Idumen  
 Matthias: Marcus convertit regna Canopi.  
 Lucas cum Paulo per plurima regna cucurrit.  
 Hispanos docuit Jacobus major, Agrippæ  
 Occisus jussu, quem jam super Æthera latum  
 Perpetuo cultu pia Compostella decorat.

**POESEOS SACRÆ ET PARTIS QUINTÆ  
 INDUCTIO DECIMA.**

CANIT ECCLESIA.

**M**aria Virgo Cælos ascendit; gaudete, quia cum Christo  
 regnat in æternum. Exaltata est sancta Dei Genitrix su-  
 per choros Angelorum &c.

**SYNOPSIS.**

**D**ominus & Salvator noster Jesus Christus Beatissimam Ma-  
 trem suam Virginem Mariam, postquam illa per quindecim  
 X annos,

*annos, à passione & resurrectione ejus computatos, inter  
adversitatum casus vixerat, cum corpore & anima gloriosè  
in Cœlos assumit.*

**V**os bifidi montis, sed inania numina, Musa  
Non imploro, sacram mecum finire Poësim  
Est longè melior toto celeberrima Cœlo  
Musa, Dei Genitrix, generosa virago Maria  
Illa coronanti devota poëmata sine  
Afferet auxilium; sitientem, nectare lactis  
Virginei (non Castaliâ, quæ fingitur, undè)  
Potabit: siquidem mens debilitata laborat,  
Virginis ad Superos assumptæ fata supremo  
Devotis Divæ famulis proponere versu.  
Vixisti, Divina parens, post funera Nati,  
Credo,\* tribus lustris. Hæc tempora mixta dolore  
Mixta refrigerio, variâ sub sorte fluebant.  
Vidisti Christum frangentem spicula mortis,  
Ad Superos magna cum Majestate reversum;  
Promissum Patris donum sub imagine lingua  
Ignitæ Cœlo delapsum; millibus auctos  
Christiadûm cœtus, adeoque per omnia Mund  
Climata sinceræ Fidei documenta vagari:  
Sed quoque vidisti, quanto Synagoga furor  
Arserit in Christi famulos, quo nisa tumultu  
Ut cunctos sacrâ proscriberet urbe fideles.  
Illustrem Stephanum contrivit saxeus imber;  
Cognatoque tuo, jussit furiosus Agrippa,  
Carnificis gladio caput à cervice revelli:  
Innumeras clades, ô dilectissima Matrum!  
Suppressi tolerant, te conspiciente, fideles.  
Ad te, mi Jesu, tenuem convertito Poësim:  
Non permitte gravi luctu materna deinceps  
Pecto

\* Revel S. Birgitt, L. 7. Cap, 26.

Pectora torqueri ; scis , quòd sit lassia dolore,  
 Quòdque sacro , jungi Superis , exardeat igne.  
 Incertos inter non ausim ponere casus,  
 Quòd , postquam Christus Cœlos ascendit , amatæ  
 Sæpius astiterit , dederitque levamina , Matri:  
 Illa tamen , sicut transfixus arundine cervus  
 Inquirat latices , sacris quoque tacta sagittis  
 Flagrat in accessum Divini fontis , & inde  
 Angelicis conjuncta choris recreare palatum.  
 Nec dubitare licet , Christum per nuntia Matri  
 Notificasse diem , quo post tam multa dolorum  
 Prælia , votorum compos , totiésque petiti  
 Funeris , emeritas liceat deponere curas.  
 Fertur \* in excelso summoque cacumine sacri  
 Montis olivarum ( quem devotissima Virgo,  
 Ultima materno fletu vestigia Nati  
 Aspersura , simul partem positura dolorum,  
 Sæpe salutabat ) Domino referente , supremam  
 Cognovisse diem , quæ collatura quietem,  
 Abstergat lacrymas , finemque laboribus addat.  
 Exhilarata redit Solymam , charumque Joannem  
 Ex Asia reducem solitâ bonitate salutat.  
 Confestim \*\* reliqui , sic disponente Supremo,  
 Ex variis Mundi regionibus undique currunt  
 Discipuli Solymam ; tacitâ quasi voce citati,  
 Ut comitarentur morituræ funera Matris.  
 Debilitata suas sentit decrescere vires:  
 Imponunt thalamo ; præscribunt pharmaca ; gratis  
 Invitant epulis ; & restaurare laborant  
 Collapsas vires. Mater dulcedine plena  
 Fratribus exponit , quòd , cum sibi desuper hora

X 2

Op-

\* *Legenda Assumpt. Maria*\*\* *Nicephor. Callist. Lib. 2. Histor. Eccles. à Cap. 27.*

Optatæ mortis sit designata, requirat  
 Non aliis refici dapibus, quàm Corpore Christi  
 Quem, vertente trium cursu spatioque dierum  
 Consolanda flagret cupidis amplectier ulnis,  
 Plurima subjungit sibi notificata supernè;  
 Extremùmque rogat tuto sua membra sepulchro,  
 Donec is adveniat, qui suscitet ossa, reponi.  
 Hæc contristabat Divæ facundia fratres,  
 Qui bene sperâssent, ut convalitura popello  
 Rebus in adversis assistere pergeret. Alma  
 Solatrix lacrymis appromittebat obortis,  
 Se fore sollicitam; fidæ quoque munere Matris  
 Functuram multò zelosius inter amicos  
 Cœli concives; non velle relinquere pressos  
 Confratres Fidei, nunquam cessare precando  
 Pro populo, Christi pretiosâ morte redempto.  
 Assiduos inter gemitus lacrymâsque cadentes  
 Confecit Petrus Divini Corporis escam,  
 Manna viatorum, testamentumque salutis.  
 Mater anhelabat postrema Viatica sanctis  
 Degustare labris: his confortata, retentat  
 De Christo Superisque loqui; sed flammeus ardor  
 Corpore cedendi, sensus animumque fatigat,  
 Ultima nota dies ac hora novissima venit,  
 Quâ, veluti lychno fax deficiente, gradatim  
 Emoritur nostri Phœbe pulcherrima Cœli;  
 Eclipsin passura brevem submergitur umbris;  
 Exhalatque sacram, sinè tristi mortis agone,  
 In Christi amplexus animam; qui pignus amatum  
 Sacratæ Triadi, Cœlique senatibus offert.  
 Quantus honor soleat terrenis Regibus urbem  
 Ingressis, vel eis, qui post fera bella triumphum  
 Ducunt, à populo tribui, constabit abundè:

Sed

Sed cùm tantillum distantia maxima cultum  
 A Divùm summis distinguat honoribus; absit  
 Attentare rudi describere talia versu.  
 Ut tamen hìc aliquid videar fecisse; quiescam,  
 Donec in Æthereas redivivo corpore sedes  
 Virgo triumphatrix à Christo ducta sedebit.  
 Interea tangit dolor implacabilis orbos  
 Christiadas, tantæ lugentes funera Matris.  
 O Lux nostra redi! juvenes teneræque puellæ,  
 Decrepitque senes, & tota Ecclesia clamat;  
 Nostra Salus, ac Spes, & nostra revertere vita!  
 In Te, perverso jactatis turbine, curas  
 Deposuisse, fuit medium superâsse dolorem.  
 Ah rediviva redi, nobisque levamina confer!  
 Cùmque retardari renuissent fata; soluti  
 In madidos gemitus, ad\*vallem Josaphat alnum  
 Funus honorifico deducunt more fideles.  
 Hic Pario constans ex marmore tumba vacabat:  
 Infertur Diva, & Syrio decoratur odore,  
 Et Cilicum sertis, & amœnis floribus Hyblæ.  
 Inter Apostolicos Proceres lugebat ad ossa  
 Virginis emeritæ confratrum turba, sacratum  
 Expectando diem, quo Mater amabilis iret  
 Ex thalamo tumuli super alta palatia Cœli.  
 Tertia lux roseum referebat ab Æquore vultum,  
 Quando triumphales læti velamina Cœli  
 Actutum retrahunt Paranympsi; tota refulget  
 Regia Cœlestis, nitidis rubicunda pyropis:  
 Lumen inassuetum, nullo tolerabile visu,  
 Accendit totum candentibus aëra flammis.  
 Christus ad humanos hæc lumina temperat usus,

X 3

Se-

\* Peir, de Natal.

Séque relucenti sublimem in sede videndum  
 Exhibet; ac dulci, placida sub pace morantem,  
 Excitat affatu Matrem: rediviva loquentis  
 Hæc Nati vocem, Zephyris famulantibus, audit  
 Exfurgens tumulo, veluti Pallantias undis:  
 Approperat numerosa cohors gaudentis Olympi  
 Nescio quale melos, vel qualis fascinet aures  
 Musica; blanda nimis vocum discordia mentem  
 Alternis vicibus simul huc, simul abripit illuc  
 Substruitur pedibus redivivæ candida nubes,  
 Quæ Paranymporum niveis suffulta lacertis  
 Sublevat Augustam; rutilosque levata per ignea  
 Pergit ad Empyream supremi Numinis Aulam,  
 Dúmque supergreditur Cœli Regina tenellam  
 Humani visûs aciem, pia ponè sequuntur  
 Agmina Spirituum; coeunt velamina Cœli;  
 Aereæque datur regioni pristinus ordo.  
 Qualis ibi requies! quis honor! quæ gloria! mutua  
 De tabulâ subduco manum; maloque vereri  
 Innumeris gradibus tenuem superantia captum  
 Quàm vasto Pelago graciles superaddere guttas  
 Ad vos in tristi lacrymarum valle relictos,  
 Consortes Fidei, fratres fociosque revertor,  
 Dicite, quid vobis propè tumbam stantibus alma  
 Mater ad extremum valituro in sæcula verbo  
 Dixit? illa, reor, cum tot rediviva videret  
 Se deplorantes, quasi colliquefacta benigna  
 Matris in affectu mœstis promiserit ultrò,  
 Se curaturam, quamvis Synagoga vel ipse  
 Tartareus latro simul obluetetur, ut omni  
 Aeternum victrix Ecclesia floreat ævo.  
 Ergo pii Proceres, quibus est concessa potesta  
 Gentibus obstrictis solvendi vincula, vestros  
 Exoni

Exonerate pedes , lumbos præcingite ; læti  
 Ite per extremi vastissima climata Mundi ;  
 Informate rudes , dubiosque reducite ; lapsos  
 Erigitote ; malis pressos miserósque juvate !  
 Injicitote sacros humanis cordibus ignes,  
 Ut bene cognoscant, quæ sint post tempora vitæ  
 Expectanda bonis , & quæ mutuenda malignis.  
 Suppetias Regina feret , quam nuper euntem  
 Ad Superos magnâ cum Majestate , stupentes  
 Vidistis : solio stellis fedet illa corusco,  
 Proxima sacratæ Triadi ; primæque Patronæ  
 Fungitur officio , defendit jura reorum,  
 Judicis offensam , commotâque pectora lenit.  
 Magnanimi certate viri ! sublimia tentat,  
 Dum premitur , virtus ; lethi confinia nemo  
 Pectoris excelsi metuit. Vidistis in urbe  
 Principe terrarum , celsi super ardua clivi  
 In cruce cum diro Christum configere letho ;  
 Hunc Heroa decet merituros præmia vitæ  
 Macte sequi ; properate ! piæ confidite Matri !  
 Quæ schola non docuit , Cœlesti munere scitis.  
 Urgeor affectu , Matris decorare sepulchrum  
 Carmine finali : cursum rogo siste . . .

. . . Viator

**H**oc inclusa fuit Cœli Regina sepulchro ;  
 Dicam , si , quanto tempore , fortè rogas.  
 Vix ter post obitum retulit Pallantias ignes,  
 Cùm sua defunctæ reddita vita fuit,  
 Indignum tantâ pro Majestate fuisset,  
 Viscera corrumpi , quæ peperere Deum.  
 Hæc , quâ primus homo maculavit labe nepotes,  
 Libera , non meruit mortis amara pati.

X 4

Ut

Ut tamen exemplum Geniti sequeretur, obivi  
 Surrexitque suo confocianda Deo  
 Iam super Angelicos specioso corpore cœtus  
 Exaltata sedet, glorificata regit.  
 Quid regat, inquiris? vel quæ sit functio? dicam  
 Iratum nobis mitigat illa Deum.  
 Unde reor nullum reperiri posse, salubri  
 Qui non indigeat Virginis hujus ope,  
 O animæ requies! ô delinquentis Asylum!  
 O dubiæ pollux & Cynosura rati!  
 Duc nos, dum fragili vehimur super Alta phaselo,  
 Ad loca perpetuæ tuta salutis, Amen.



## APOSTROPHÆ EPIGRAMMATICÆ

IN

QUINQUE PRÆCEDENTIS OPERIS POETICI  
PARTES, ET UNAMQVAMQUE EARUM INDUCTIONEM.  
IN PARTEM PRIMAM.

I.

*Ad Gabrielem Archangelum, Beatæ Virgini incarnationem  
Christi annuntiantem.*

Mitteris à Domino latum Nova magna Mariæ,  
Nempe quòd immensum sit paritura Deum,  
Limbiculis eadem bona nuntia Patribus affer,  
Ut Divis finem constet adesse mali.

II.

*Ad Beatum Josephum de Sponsa suæ graviditate anxium.*

Angeris incassum; caret omni labe Maria:  
Huncque scias luctum Dæmonis arte strui;  
Causam Virginæ tibi fertilitatis amico.  
Desuper adveniens, Angelus ore dabit,

III.

*Ad Beatam Mariam Virginem, Jesum in stabulo Bethle-  
mico parientem.*

Nè contristeris Virgo Divina, quòd edas  
In stabulo, nostrum qui removebit onus.  
Rex inopum non vult alio clarescere cultu;  
Donec salvificum perficiatur opus.

IV.

*Ad Jesum octavo post nativitatem die circumcisum.*

Primitias sacri das circumcise cruoris,  
Jesule! pro nostro sufficit ille bono.  
Sed Divine puer, ne copia desit amori,  
In nostram totum fundere pergis opem.

V.

*Ad Reges Sabarum, Tharsis, & Insula, neo-natum Sal-  
vatorem adorantes.*

Ex primo Mundi properâstis margine, Christum  
Culturi; vobis stella retexit iter.  
Thus, aurum, myrrham puero donâstis; euntes  
In patriam, nato thurificate Deo.

VI.

## VI.

*Ad decrepitum Simeonem, qui responsum acceperat à Spiritu  
fore ut ante suum obitum videret Salvatorem.*

Ostendit tibi, juste Senex, ulnisque salutem  
Imposuit Dominus, pollicitisque stetit.  
Hoc fato saturatus obi, vir plene dierum,  
Inque sacra Domini pace quiesce tui.

## VII.

*Ad populos Ægypti, fugientem Jesulum, ut exulum, suscipientes.*

Ad vos exul abit Mareotas pufio Jesus,  
O Idololatræ, suscipitote Deum!  
Ille salutiferos accendit gentibus ignes,  
Tartareosque suo delet amore rogos.

## VIII.

*Ad innocentes parvulos ab Herode Ascalonita martyrio affectos.*

Latronum gladiis, pueri, supponite colla;  
Vester erit sanguis victima grata Deo.  
Cœlesti niveis tunicis astabitis aræ;  
Nec cruor effusus semper inultus erit.

## IX.

*Ad cives Nazarenos, Jesum ex Ægypto redeuntem amice suscipientes.*

Nazareth, indigenam redeuntem corde benigno  
Suscipis, & gratum dicis adesse tibi.  
Sed, reor, ejicies, dum se manifestat: in urbe  
Inveniet patria nemo Propheta locum.

## X.

*Ad Synagogam Hierosolymitanam, Jesuli duodennis præsentiam admirantem.*

Si, quæ sunt miro pueri duodennis in ortu  
Facta, revolvisset cor Synagoga tuum;  
Non mirareris pueri responsa; sed esse  
Hæc incarnati mystica verba Dei.



IN SECUNDAM PARTEM  
APOSTROPHÆ EPIGRAMMATICÆ.

I.

*Ad convivas, in nuptiis Cane Galilæe præsentēs.*

Tam lapidum genuit vindemia nulla liquorem,  
Quàm vos ex verso fonte bibistis aquam.  
Si nos in terris tam dulci nectare pascit;  
In Cælo nobis qualia vina dabit?

II.

*Ad Simonem Petrum, ex hortatu Christi, iteratò retia laxantem.*

Ex Domini monitis iteratò retia laxas,  
Et trahis ad solitum pisce repleta vadum.  
Sed magis impensè cumulabis lucra, supremam  
Dum cupis innumerà gente replere Domum.

III.

*Ad quemcunque fidelem Eleemosynarium, & proximi adiutorem.*

Si fortasse rogas, an sit compassio virtus?  
Est, si de puro fonte cucurrit amor.  
Est amor ipse Deus; prædestinat ille saluti  
Hunc, qui confratrem subveniendo levat.

IV.

*Ad Nautam in Mundi tempestuoso mari perichlitantem.*

Est mare Mundus atrox; sunt infortunia venti;  
Scandala sunt Syrtes; Styxque Charybdis erit.  
Quis tantos fugiet, quæris Palinure, furores?  
Hic, cujus navim Christus amore regit.

V.

*Ad Archisynagogum Jairum.*

Ad vocem Domini tua nata, Jaire, revixit,  
Tūque; tui vires aspiciendo Dei.  
Talia non video; tamen hunc devotus adoro,  
Inque mea verum carne videbo Deum.

VI.

## VI.

*Ad Phariseos & Legisperitos, Christum ad prandium invitantes.*

Mundatis manibus mensas accedere vultis,

Estò meris scateant interiora dolis.

Non eadem Christus docuit; sed, ut arbiter æquus,  
Interiora jubet purificare priùs.

## VII.

*Ad universos mortales, ut se ad mortem præparent.*

Scitis, quòd, cum sit mors ultima linea rerum,

Præmia, qui rectè Vixerit, ille ferat.

Hinc præcepta Dei sint, nè deliret amissis,

Regula; sicque mori quisque paratus erit,

## VIII.

*Ad duodecim Apostolos, eorumque successores, ut juxta instructionem Christi Mundo salutem annuntient.*

Vos ablegavit Christus, docuitque seorsim,

Quo sit vera salus notificanda modo.

O successores! hæc neglexisse salutis

Dogmata, non secus est, atque negasse Deum.

## IX.

*Ad contristatas & desolatas viduas, & orphanos.*

Orphane cur ploras? cur fles viduata marito?

Dum desolatis Christus adesse parat.

Nunquid, ut auxilium viduæ ferat, ille sepulchro

Evocat unigenam, tristitiàmque levat?

## X.

*Ad divites, ut in pauperibus Christum pascant.*

Incumbit vobis, in paupere pascere Christum.

Divitias hac sub conditione dedit.

Hinc nolite manus inopi subducere Christo,

Nè quondam vobis subtrahat ille suas.



IN TERTIAM PARTEM  
APOSTROPHÆ EPIGRAMMATICÆ.

I.

*Ad Moysen & Eliam, in transfiguratione Christi praesentes.*

Ut Pharao Mosen, Eliam Jezabel anxit;  
Me quatit innumeris fors inimica malis.  
Eripuit Dominus modò clarificatus utrumque;  
Ah! precor angores fuiat ille meos!

II.

*Ad Samaritanam, prope fontem Jacob cum Christo colloquentem,*

Ad fontem Jacob Divino fonte refecta  
Accerfis Sicharos in bona fata viros.  
Christus semper adest contritis corde, remittens  
Crimina; quis talem tardet adire Patrem?

III.

*Ad Joannem Baptistam, ab Herode ex instinctu Herodias decollatum.*

Nè, vir magne Dei, pateretur adultera casum,  
Te decollari turgida corde petit.  
Illa tamen cecidit; Tu versa sorte supremus  
Inter Cœlestes stas Patriarcha choros.

IV.

*Ad Christum in extremo judicii die redeuntem.*

Cùm suprema dies sævo grassabitur igne,  
Pérque Solum sparget fulmina, pérque Salum;  
Stabimus attoniti, Mundo pereunte: sed Æthræ  
Servabis parvum, Christe benigne, gregem.

V.

*Ad adulteram, quam Christus à lapidatione liberavit.*

Evadis lapides sub Christo iudice, mœcha;  
Ultricem fugies vix, recidiva manum.  
Hinc ne corripiat Cœli vindicta relapsam,  
Ex fundamento turpe recide malum.

VI.

## VI.

*Ad Nicodemum de nocte à Christo informatum.*

In tenebris lucem quæsitum vade, Magister;  
 Quippe magisterio proderit illa tuo,  
 Multa sciunt Superi nostros fugientia sensus;  
 Illa tamen quondam deteget una dies.

## VII.

*Ad matrem filiorum Zebedæi, super præcedentiâ in Regno  
 Christi pro filiis sollicitam.*

Vana quid exambis, mater? non librat eâdem,  
 Quâ solet ambitio, munia lance Deus.  
 Ex folio multos Styx deglutivit; in altum  
 Extulit abjectos fors variata thronum.

## VIII.

*Ad Concionatores, Divini verbi semina spargentes.*

Spargitis in populum Divini semina verbi;  
 Hinc non sit vestris dissona vita labris.  
 Verba movent, exempla trahunt; ideòque cavendum  
 Ne, quod formâstis, vita reformet opus.

## IX.

*Ad populum Hierosolymitanum, Christum sub instabili  
 plausu susipientem.*

Instar arundinæ, quæ ventilat aëra, cannæ,  
 Se variat vester perfidiosus amor.  
 Auguror: impositos jacet catapulta molares,  
 Et quatiet vestros magna procella lares.

## X.

*Ad universos Christi fideles, ut Agno Paschali fructum  
 approperent.*

Agno Paschali fructum properate fideles!  
 Ille suo potat sanguine, carne cibatur.  
 Sic insignitos, à percutiente maligno  
 Servat, & æternis recreat usque bonis.



IN QUAR-

IN QUARTAM PARTEM  
APOSTROPHÆ EPIGRAMMATICÆ.

I.

*Ad Judam Iscarioten, Christum Judæis osculo tradentem.*

Non est in toto fraus perniciosior Orbe  
Illâ, succatus quâ simulatur amor.  
Hanc exercebas, Juda! Cacodæmone ductus;  
Suntque tui fratres, qui simulare student.

II.

*Ad Sanhedrim, Christum per mortis sententiam condemnans*

Hæc quæ condemnat Christum sententia mortis,  
In vos æternam fulminat atra necem.  
Injusti justum condemnavistis; iniquos  
Quàm feriat, scitis, pœna tremenda viros.

III.

*Ad Pilatum, Christi innocentiam frustra profitentem.*

Scis, quod Pontifices excæcet livor; eumque,  
Qui sequitur cæcos, certa ruina trahat.  
Qui votis fidunt alienis, æstimo nauci;  
Quemque suum tandem justificabit opus.

IV.

*Ad Herodem, cum Aula sua Christo instar fatui illudentem.*

Stultis morologi sapientes esse videntur;  
Credo, Palatinis mos fuit ille tuis.  
Occinuit nimium tibi Vox clamantis eremo;  
Hic tacuit nimium: quis placitura canet?

V.

*Pilati, ad populum Solymaum clamantis: Ecce homo!*

Ecce coronatum veprium diademate Regem!  
Cento tegit scapulas; implet arundo manus.  
Ecce flagellorum rabies quot vulnera monstret!  
Qui non compatitur, cor glaciale gerit.

VI.

## VI.

*Ad Pilati uxorem frustra exhortantem maritum, nè Christi  
necis negotio se immisceat.*

Quod muliebris amor leges quandoque reformet,  
Hoc queror; ast cur hìc non queat, usque late  
Fortè magis timuit, quàm te Pilatus amavit;  
Hinc te decretis posthabuisse reor.

## VII.

*Ad Christum, crucem sibi bajulantem.*

Fers tibi, Christe, crucem, Mundi peccata ferendo  
Utque suam portet quisque sequendo, mones,  
Hinc portando meam, sanctis obtempero jussis;  
Túque meum tandem, Christe, levabis onus,

## VIII.

*Ad latrones, cum Christo utrimque crucifixos.*

In medio vestrum sanctis fons effluit undis;  
Cur tam dissimiles ergò bibistis aquas?  
Ex uno vitam, mortem quoque, fonte bibistis,  
Dum vos sejunxit disparitate fides.

## IX.

*Ad Longinum Centurionem, Christi latus lancea aperientem.*

Turturibus latebras in Christi corde parasti,  
Dum tua salvificum transit hasta latus,  
O requies animæ! tutúmque timentis asylum!  
Hic lavat unda malos, hìc tegit, umbra bonos.

## X.

*Ad Josephum ab Arimathæa, sepulchrum novum Christo  
in sepulturam offerentem*

Cedis honorificum Christo, vir clare, sepulchrum;  
Cælestémque tibi reddidit ille domum.  
Fœnora si quis amat, stipulor, quòd magnus amore  
Pro modico cupiat debitor esse Deus.



IN QUIN.

) o (

IN QUINTAM PARTEM  
APOSTROPHÆ EPIGRAMMATICÆ.

## I.

*Ad Mortem & Infernum expugnatos.*

Mors, ubi sunt tua tela? tui, Styx dira, triumphus?  
Jam domitum calcat Dux utriusque caput.  
Ecce triumphator Patres ex carcere Limbi  
Ducit, & Inferni territa spectra fugat.

## II.

*Ad milites Romanos, Christi sepulchrum frustra custodientes.*

Vos tumuli vigiles cordatos esse putabam;  
Sed pudor! excordes vos docet esse fuga.  
Dumque metum falso defenditis, ære coempti,  
Ablatum corpus fingitis esse dolo.

## III.

*Ad Cleopham & socium ejus, in Emmaus itinerantes.*

Quam desolati simul exivistis in Emmaus?  
Tam consolatos vos rediisse scio.  
A reprobis premimur? Domino fidamus, & ille  
Semper in extremis auxiliator erit.

## IV.

*Ad Christum, in Cælos ascendentem.*

Fundamenta meæ posuisti Christe salutis,  
Dum referas proprio funere Regna Dei.  
Jamque reascendis, post tot discrimina, Cælos,  
Mæque jubes illuc compatiendo sequi.

## V.

*Ad Spiritum sanctum, in die Pentecostes ex Cælo ad fideles descendentem.*

Ut tolerare tui possint adversa fideles,  
Pérque plagas Mundi notificare fidem;  
Mitteris è Cælo Divinæ portitor auræ,  
Fortificas fragiles, indocilésque doces.

## Y

## VI.

## VI.

*Ad Sanctum Stephanum, qui inter lapidandum, Christum  
ad dextram virtutis Dei in Cælo stantem videbat.*

**D**um, quasi per nimbos, lapidum salit horrida grande  
Inque tuum crepitat sæva procella caput;  
Æternum Solem Christum super Æthera stantem,  
Quæque tibi merces sit referenda, vides.

## VII.

*Ad Sanctum Paulum, miraculosè conversum.*

**S**uaviter hic equitat, Domini quem gratia portat,  
Hoc excæcatus, Saule, cadendo vides.  
Erigeris melior; te verso nomine Paulum,  
Ac Evangelii Vas speciale voco.

## VIII.

*Ad S. Petrum, super conversatione cum gentibus cælis  
informatum.*

**I**ndomito fremitu Judæa recalcitrat: ergo  
Incircumcisos, mi Petre, doctor adi.  
Te Cælum jussit nullas contemnere gentes;  
Hinc excurre foras, omnigenasque doce.

## IX.

*Ad duodecim Apostolos, Evangelium omni creatura  
nuntiantes.*

**I**te relaturi, quod per nova fœdera Mundo  
Regna re-propitii sint adaperta Dei.  
Omnia Christus enim moriendo debita solvit,  
Hinc quicumque cupit, regna superna capit.

## X.

*Ad omnes Angelorum Hierarchias, & totam Beatorum  
civium universitatem.*

**A**d vos per Christum Cæli Regina levatur,  
Ut patrocínio nos juvet inde suo.  
Virgineis precibus, Superi, conjungite vestras;  
His Deus unitis nulla petita negat.

PRO EPILOGO ET ULTIMA CONCLUSIONE  
 EPICEDIUM AUTHORIS

AD  
 BEATAM MORTEM ASPIRANTIS.

**T**empestuosum jam superavimus  
 Tui, Redemptor, martyrii mare:  
 Fel, ac acetum, turbidasque  
 Mœstitiæ bibimus procellas.

Stas gloriosus victor, & aspicias,  
 Quod ægritudo vix tolerabilis,  
 Me derelictum lancinando,  
 Difficiles remoretur annos.

His sæpe fatis fors, variabili  
 Dolosa vultu, miscet atrociam;  
 Levésque casus fluctuantem  
 Dissociant hominum favorem.

Cado, resurgo; deprimor, elebor:  
 Ah! forte, Jesu, tam lacrymabili  
 Absolve lassum! præviâque  
 Carne tuâ satura migrantem.

Opto coronâ vepribus asperâ  
 Condi cruenta sub crucis arbore:  
 Et hic quiescam, donec ille,  
 Quem cecini, revocet sepulchro.



Y 2

AD

## AD ZOILUM EPIGRAMMA.

En tragicis cecini metris patientis Iesu  
 Ærumnas, lacrymas, funera, flagra, crucem  
 Quæ si blasphemâ maledicere Zoile linguâ,  
 Sive Theonino carpere dente cupis;  
 Euge tuo dignam cathedram sermone, sinistra  
 Latronis diram, Zoile, scande crucem.

*Menda sic emenda.*

Pag. 117. Vers. antep. ad *lege* da.

Pag. 217. Ver. 21. veniun *lege* veniunt.

Pag. 246. Ver. 6. Ambos *damus* pœna, *lege* Ambo  
*damus* pœnas.

Pag. ibid. Ver. ult. amritie *lege* amaritie.

Pag. 294. Ver. 20. modis *lege* nodis.

Minuscula aut alia, quæ revisionem adhuc subter-  
 fugerunt, benevole & Erudite Lector corrige.

1  
crucem


guâ,

finist

n.


Ambo

bter-  
ge.









Th  
5806